HOSEAE ORACVLA

HEBRAICE ET LATINE

PERPETVA ANNOTATIONE

ILLVSTRAVIT

CHRISTIANVS THEOPHILVS

KVINOEL

PHIL. PROF. LIPS.

LIPSIAE

SVMTV LIBRARIAE WEIDMANNIANAE

CIƆIƆCCXCII

PRAEFATIO.

Non male ſtudium tempuſque me collocaturum eſſe exiſtimabam, ſi librum aliquem Veteris Teſtamenti, perpetuis commentariis illuſtratum, in vulgus emitterem, cum, quam vtilis et fructuoſa eiuſmodi libros ſacros vtriuſque foederis interpretandi ratio ſit, vel me non monente, ſua ſponte doctiſſimus quiſque intelligat. Neque a conſilio meo me dimouere poterant difficultates, quibuſcum eiuſmodi laborem coniunctum eſſe, iam tunc temporis, cum hoc conſilium cepiſſem, praeuidi, et cum manum labori admouiſſem, accuratius cognoui. Etenim perſuaſio illa, me non inutilem laborem ſuſcipere, me primum eiuſmodi commentarium in V. T. librum conſcribere, adeoque iure meo aequos leneſque libelli mei cenſores exſpectare poſſe; ſpes illa, fore, vt vir aliquis, doctrina et eruditione con-

ſpicuus, meo exemplo excitatus, commentarium in omnes V. T. libros conficeret, et ita multorum deſideriis ſatiſfaceret, me, difficultatibus et moleſtiis, quae vndique ſeſe mihi obiiciebant, paene interdum oppreſſum, confirmarunt, ita, vt eas conſtanter ſuperarem, laboremque tandem perficerem. Explicanda vero mihi ſumſi Hoſeae oracula; cum partim ea ſint interpretationis difficillimae, (multi enim in iis loci reperiuntur, quae viros, ſatis caeteroquin doctos et exercitatos, etiam repetita lectione, tenere poſſint;) partim etiam, quos ſubinde edidi libellos, quibus breuiter hunc prophetam illuſtrare ſtudui *), non prorſus diſplicuerint viris doctis, et repetita praeterea etiam ſaepius eius lectione, tranſlatis quoque meos in vſus cenſorum meorum, quos doctiſſimos et humaniſſimos nactus ſum, obſeruationibus, familiaritatem quandam cum hoc propheta

*) Hoſeas, neu überſetzt, nebſt einigen Erläuterungen. Leipzig 1789. 8. Diſſ. Explicatur Caput tertium literarum Pauli ad Titum; adiectae ſunt animaduerſiones in nonnullos oraculorum Hoſeae locos. Lipſ. 1790. 4.

pheta contraxerim; vt adeo etiam ſperare poſſim, me, etſi non omnes difficultates et obſcuritates remouerim, plures tamen locos paulo impeditiores, ita explicuiſſe, vt lectio prophetae literarum hebraicarum ſtudioſis facilior reddita ſit.

Hoſeae nimirum oracula, (liceat enim nunc nonnulla de eo, deque indole et virtutibus oraculorum ipſius annotare,) pluribus de cauſſis intellectu et interpretatu difficilia ſunt; quarum quidem haud leuiſſima haec eſt, quod adeo pauca de ipſo, et temporibus iis, quibus vixit et docuit, comperta habemus. Nihil enim amplius de eo nouimus, quam, vixiſſe eum temporibus Vſiae, Iothami, Ahaſi, Hiſkiae, regum Iudaicorum, et Ierobeami ſecundi, regis Iſraelitarum *). Quinam vero fuerint cognati eius, quodnam munus, quae fata, qui vitae finis, de his

 omni-

*) Admodum veriſimile eſt, Hoſeam nonagenarium ſenem mortuum eſſe, et per ſe intelligitur, eum non ſtatim initio regni Vſiae oracula edidiſſe, et non ita multo poſt, cum Hiſkias imperium ſuſcepiſſet, mortuum eſſe. cf. Eichhorn Einleit. Th. III. S. 262. ſq.

omnibus nihil conſtat, quamquam, ſi haec haberemus cognita, exinde haud parum lucis ipſius oraculis affundi poſſet. Ipſa praeterea temporum vtriuſque reipublicae hiſtoria admodum breuis et ſuccincta eſt, ita, vt ex ea manca tantum et imperfecta, interdum etiam nulla prorſus oraculorum prophetae illuſtratio peti poſſit. Hinc haud leui ſagacitate nonnunquam opus eſt, ad probabiliter conſtituendum tempus illud, ad quod haec vel illa vatis oratio referenda ſit. Hinc, cum Hoſeas ipſe quoque breuitatis cum maxime ſtudioſus ſit, et ſatis frequenter verbulo et nutu tantummodo res, in facto poſitas, tangat, de quibus nihil in commentariis illorum temporum literis conſignatum deprehendimus, vid. cap. 10, 14. etc. plures oraculorum ipſius loci, nunquam ſatis recte et accurate, ita, vt nulla prorſus difficultas remouenda ſuperſit, explicari poterunt. —

— Poeta vero noſter, non modo tum breuitatis maximae ſtudioſus eſt, cum de rebus, in facto poſitis, ei ſermo eſt, ſed etiam tum, cum imagines proponit; vt adeo veriſſima ſit, quam de eo tulit Hieronymus, ſententia:

comma-

commaticus est, et quasi per sententias loquens. Quamquam enim interdum imaginem diutius retinet, et variis coloribus exornat, id quod factum est v. c. cap. 7, 11. 12. nonnunquam etiam ipse imaginis explicationem adiicit, 7, 8. 9. et sermonem poeticum verbis interpretatur vulgaribus et propriis, 7, 11. 8, 7. longe tamen frequentius ab vna imagine ad alteram, etiam a priori quam maxime diuersam, subito transit, e. c. 13, 13. vbi Israelitae primo comparantur cum foemina grauida, quam partus dolores corripiunt, et paulo post cum filio nascituro; 7, 4—8. vbi ei Israelitae sunt primo furnus pistoris succensus, et, paucis verbis interiectis, placenta non versa. — Quae cum ita sint, prophetae nostrae orationes admodum obscuras, earumque interpretationem difficillimam esse, quis est qui non intelligat?

Neque tamen vllo pacto negari potest, illas etiam sua ornamenta, suas virtutes habere, quae interpretem, tot cum difficultatibus et molestiis colluctantem, reficiant, plurimumque ei voluptatis afferant. Quo pertinent

tinent elegantissima haud raro imaginum oppositio et coniunctio, 10, 11. 11, 4. 5. varietas et vbertas imaginum nouarum et poetae nostro propriarum, veluti, 4, 12. 7, 4. sqq. 10, 9. 11, 11. Et licet haud raro in vsu troporum eam diligentiam, eam curam desideremus, quam in libris scriptorum Graecorum Romanorumue tanta cum voluptate obseruamus; licet interdum haec vel illa imago nobis minus placeat, v. c. 2, 12. 13, 7. ea tamen omnia non sunt ex nostrae linguae ingenio, nec ex nostris moribus diiudicanda, sed, quae nobis quidem minus recte, pulcre, et accurate dicta videntur, ea tunc temporis, docte, pulcre et ornate dicta erant. — — Caeterum omnes prophetae nostri orationes spectant potissimum decem Israelitarum tribus; grauiter in iis reprehenduntur idolorum cultus, aliaque flagitia, quae illis temporibus in vsu erant, et annunciatur vtriusque reipublicae interitus; promittuntur tamen etiam Israelitis pariter ac Iudaeis, ad meliorem frugem reuersis, reditus in patriam, et felicitatis pristinae amissae restitutio. Quo vero tempore vnaquaeque oratio-

tionum Hoseae (constare enim librum e variis orationibus, diuersis temporibus habitis, in promtu est,) recitata sit, hoc, vt iam supra notauimus, intellectu admodum difficile est, et rarissime certo definiri potest, sed semper fere probabilem hanc in rem coniecturam proposuisse, satis esse debet. Sed haec hactenus. Plura addere non opus est; qui enim copiosiorem disputationem desiderat, hunc remitto ad Eichhornii, Viri Illustris, introductionem in libros V. T. qui ibidem etiam de nostri scriptoris meritis satis docte et accurate disputauit.

De mea huius prophetae interpretatione, pauca dicenda supersunt. In notis philologicis hoc inprimis egi, vt, praemisso orationis vniuscuiusque diligentius argumento, quo non parum interpretationem scriptoris adiuuisse videor, verba singula et iuncta, sensum orationis eiusque cohaerentiam, explicarem; sermonem poeticum verbis exprimerem propriis, ad ea, quae pulcre et praeclare dicta sunt, lectorum animos aduerterem; quae ex historia Hebraeorum, omni-

noque Orientis populorum cogitandi et sentiendi consuetudine, ritibusque antiquis illustranda essent; afferrem, neque quicquam intactum relinquerem et praetermitterem, quod difficile ad intellegendum et obscurum esset. Textum interdum mutaui, et a vulgari lectione recessi, nunquam tamen sine iusta et idonea ratione, neque vero etiam mutationis rationem in notis reddere omisi. Adieci denique etiam, ne vlla in re Lectorum studiis defuisse dicerer, versionem latinam, et disputatiunculam de locis Hoseae, in libris N. T. laudatis. Plura de libello meo dicere, modestia prohibet. Vt hic libellus meus viris doctis, quibus placere cupio, non prorsus displiceat, vt ex eo vtilitatis aliquid hebraicarum literarum studiosi percipiant, vehementer opto. Scrib. Lipsiae Mens. Aug. CIↃIↃCCXCII.

BREVIS

BREVIS
HISTORIA
TEMPORVM
VTRIVSQVE REIPVBLICAE
INDE
A IEROBEAMO II.
VSQVE
AD HISKIAM.

BREVIS
HISTORIA TEMPORVM
VTRIVSQVE REIPVBLICAE
INDE
A IEROBEAMO II.
VSQVE AD HISKIAM.

Asterisco notati sunt reges Israelitarum.

* *Ierobeamus* II. Ioaso, patri, in imperio successit. A. M. Patris bellicosi et fortis vestigia prospero 3352 successu premens, plures gentes ditioni suae subiecit, imperiique fines mirum in modum ampliauit, vsque nimirum ad Euphratem et mare mortuum. Sed vti virtutum patris, ita quoque vitiorum eiusdem acerrimus imitator erat. Etenim neglecto repudiatoue Dei veri cultu, idola colebat, eorumque cultum omni modo augere et promouere studebat. Mortuus est, postquam regnarat annos quadraginta vnum.

Vsias, siue *Asaria*, (vid. *Dathius* ad 2 Regg. A. 15, 30.) Amaziae, regis Iudaeorum, filius, an- 3382 norum XVI. puer, et quidem adhuc regnante Ierobeamo II. trucidato a conspiratis patre, auitum

auitum imperium, plaudentibus ciuibus, occupauit, obtinuitque illud per LII. annos. Rexerat iuuentutem eius Sacharia, vir probus et pius, cuius consilia secutus, felicissime regnavit. Ab omni idolorum cultu cum maxime alienus fuit, ciuiumque etiam suorum animos ad Dei veri cultum excitare ac inflammare studuit. Copiis bene exercitatis instructus, Moabitas, Ammonitas, et nonnullas Arabum gentes vicit, Edomitis eripuit Elathum, Philistaeis quoque varia oppida, Gathum inprimis, Iabnam et Asdodum, atque Ammonitas tributarios fecit. Praeterea Hierosolymae moenia, a Ioaso, Israelitarum rege, quondam destructa, restauravit, aliaque oppida muniuit. Sed et pacis artes coluit, agriculturam et rem pecuariam iuuit et auxit. Ita vero saluti ciuium quam optime prospexit, vt etiam ipso regnante Iudaeorum ciuitas florentissima, et apud exteros quoque honoratissima esset. Tandem, senex factus, regiam dignitatem cum sacerdotali coniungendi consilium cepit. Adiit igitur aliquando, frustra amicis eum a facinore dehortantibus, locum templi sacrum, quem nonnisi sacerdotibus adire licebat, thure, sacerdotis more, supplicaturus. Quo facto lepra correptus est, et per omnem reliquam vitam leprosus permansit. Morbi genus cum eum hominum societate exclu-

cluderet, reipublicae gubernaculum Iothamo, filio, tradidit, atque vitam priuatam et vmbraticam agens, quatuor annis misere transactis diem supremum obiit.

* Ierobeamo mortuo, XXIII. annorum interregnum erat. Plures inter se de summa imperii contendebant, et ciues, a sacerdotibus mirifice adiuti, ad seditiones et tumultus excitabant, ita, vt caedium rapinarumque omnia plena essent. Vicit tandem ea pars ciuium, quae principi iuuentutis fauebat, atque *Zacharias*, Ierobeami filius, rex constitutus est. Sex tamen mensibus praeterlapsis, principatu rursus excidit. A Sallumo nimirum, publice, praesente et spectante facinus magna populi multitudine, interfectus est. A. 3420

* At nec *Sallumus* imperium scelere occupatum, diu sibi vindicare potuit. Vltus est caedem, in rege commissam, Menahemus, vnus ex Zachariae ducibus, et Sallumum, postquam per mensem regnarat, Samariae trucidauit. A. 3421

* Sallumo igitur deiecto, summa imperii potitus est *Menahemus*, et per decennium sese crudelissime gessit. Cuius quidem crudelitatis suae statim initio regni luculentum specimen edidit. Scilicet Tiphsahitae, alii haud dubie A. 3421

fauen-

fauentes, regem eum agnoſcere conſtanter denegabant. Contracto igitur exercitu, Menahemus vrbem aggreſſus eſt, eam expugnauit, omnibuſque incolis ſine vllo aetatis, vel ſexus diſcrimine occiſis, vrbem deleuit, et omnem late viciniam deuaſtauit. — Haud dubie Tiphſahitae, in ſummum diſcrimen adducti, Phulis, Aſſyriorum regis, auxilium implorarant. Hic ſaltem paulo poſt expugnationem oppidi illius, magno exercitu ſtipatus, Iſraelitarum regionem inuaſit. Sed Menahemus, probe intelligens, ſe, ſi belli fortunam experiri vellet, inferiorem eſſe diſceſſurum, ad hanc calamitatem auertendam, ſoluit Aſſyrio mille talenta, quae ciuibus ſuis expreſſerat, atque ita eum ſibi pacatum reddidit.

A. 3432 * *Pekaiahus*, Menahemi filius, patri ſimillimus, huic, poſt decennale imperium mortuo, ſucceſſit. Per biennium tantum regnauit; quo praeterlapſo interfectus eſt a Pekaho.

A. 3434 *Iothamus*, viginti quinque annorum adoleſcens, Vſia, parente, mortuo, ſedecim adhuc annos feliciter regnauit, cum iam per quatuor annos imperii ſocius fuiſſet. Pietate, religionis ſtudio, reliquiſque virtutibus patrem aequauit, ac non minus quam ille, ciuium ſuorum

rum ſaluti et incolumitati omni modo conſulere ſtuduit. Multa oppida, in finibus ſita, praeſidiis impoſitis firmauit, plures arces exſtruxit, templum reparauit, atque aduerſus Ammonitas tumultuantes, expeditionem ſuſcepit, eoſque ad obſequium redegit, ita, vt iis quoque maius, quam ante dare conſueuerant, tributum imponeret. Hoc tantum in eo reprehenditur, quod nimia lenitate in ciues vſus ſit, nec corruptos et deprauatos eorundem mores paulo ſeuerius corrigere ſtuduerit, deſtruendo inprimis loca excelſa, idolis dicata.

* Hanc felicem ſortem, qua Iudaei ſub Iothami regimine perfruebantur, inuidebat iis *Pekaiahus*, Iſraelitarum rex, patriae ſuae peſtis. A.
Foedus ergo cum Rhezino, Syriae rege, aduer- 3434
ſus Iudaeos iniit; cum tamen probe intelligeret, ſe nihilominus Iothamo, forti et prudenti viro, imparem fore, non niſi hoc rege mortuo Iudaeis auſus eſt bellum inferre. De qua re plura deinceps. Cum regnaſſet annos XX. occiſus tandem eſt ab Hoſea.

Ahaſus, Iothami filius degener, regnauit A.
annos ſedecim, et maiores ſuos omnes impie- 3451
tate improbitateque ſuperauit. In ipſis vero initiis imperii eius *Pekaiahus* et Rhezinus coniunctim copiis ſuis Iudaeam inuaſerunt. Ahaſus quidem, conuocato vndique exercitu, obuiam

iis prodiit; sed cum ad arma ventum esset, ad internecionem vsque caesus est. Quo facto reges illi iuncti obsidione premere coeperunt Hierosolymam. Et nunc, tanquam ex composito, quilibet e regis damnis emolumentum capere studebat. Idumaei Elathum rursus occupabant; Philistaei crebris incursionibus regionem deuastabant, et Hierosolymae Maseia, princeps iuventutis, vna cum multis amicis regis a conspiratis interficiebatur. In tanto igitur discrimine cum versaretur Ahasus, rex, non aliter inde se expedire posse existimabat, quam ope Tiglat Pileseri Assyriorum regis. Per legatos ergo, quamuis vehementer eum, ne faceret, dehortaretur Iesaias, propheta, (vid. Ies. c. VIII.) missis etiam magnis muneribus, ex aerario templi sumtis, Assyriae regis auxilium implorauit, tributumque annuum ei pollicitus est. 2 Regg. XV, 7. Annuens his precibus Assyriae rex, invasit Syriam, expugnauit Damascum, et Rhezinum interficiendum curauit. Quo facto, irruptione in Israeliticam regionem facta, eaque maximam partem deuastata, insignem populi multitudinem captiuam abduci iussit. Iam vero Ahasus, cum tot et tanta commoda ex hoc bello percepisset Tiglat Pileserus, ipse vero non nisi detrimenti plurimum; cumque praeterea aerarium plane exhaustum esset, tributum, antea

antea promiſſum, ſoluere recuſauit. Quo comperto, Aſſyrius, neglecta omni prorſus aequitate, copias verſus Hieroſolymam duxit, neque prius deduxit, quam Ahaſus pecunias, impoſito onere ciuibus, exegiſſet. — Tandem mors patriam tyranno liberauit; quantopere vero ciuibus ſuis inuiſus fuerit, vel exinde patet, quod eum indignum iudicarunt, qui in ſepulcro regum ſepeliretur.

* *Hoſeas* non ſtatim, interfecto Pekaiaho, A. 3462
imperii ſumma potitus eſt: ſed poſt interregnum octo annorum, reipublicae Iſraeliticae admodum funeſtum, tandem anno imperii Ahaſi XII. regnum obtinuit, cui vero imprudentia et perfidia ſua ruinam admouit. Recuſans ſcilicet porro Aſſyriis tributa penſitare, Salmanaſſerus, rex Aſſyriae contracto magno exercitu, adeo felici ſucceſſu regionem inuaſit, vt Hoſeas, qui tantis copiis obſiſtere non poſſet, facile ad fidem et officium compelleretur. Sed pactis ſtare Hoſeas noluit; immo potius paulo poſt, vt conamen eo melius ſuccederet, cum Senecho, ſ. So, Aegyptiorum rege, contra Aſſyrios pactum iniit, hoc modo ſe facile eorum copias vincere poſſe, ratus. Sed hoc foedus exitio potius quam ſubſidio homini perfido et imprudenti fuit. Aſſyrius enim, ſeditione comperta, cum expedita manu rediit,

omnem regionem occupatam deuaſtauit, et ipſam Samariam, (in quam vrbem ſeſe receperat Hoſeas, a ſociis, qui ipſi ſuppetias non ex foedere ferrent, deluſus,) poſt triennem obſidionem expugnauit, regem captum, qui IX. annos regnarat, in catenas coniecit, eumque cum magna Iſraelitarum multitudine in captiuitatem abduxit, atque ita Iſraelitarum rempublicam prorſus deleuit.

A. Interea Iudaeorum reipublicae florem reſti-
3466 tuere ſtudebat *Hiſkias*, rex pius et felix, qui ad imperium peruenerat anno Hoſeae tertio, regnauitque annos viginti nouem. Statim initio regni in eo vnice occupatus erat, vt cultum diuinum purum reſtitueret. Igitur templum, quod clauſerat pater, reſerauit, illudque a ſordibus purgatum denuo inaugurauit. Deſtruxit idola, et omnino omnia, quae idolorum cultum redolerent, ordineſque ſacerdotum et Leuitarum reſtituit. Praeterea, conuerſus etiam ad rem bellicam, exercitum expleuit, et Philiſtaeos bello ſuperauit. Cum vero regi haec inſtituta magno ſumtui eſſent, neque tamen ciues ſuos premere vellet; omiſit tributum Aſſyriis ſoluere, quod pater promittere et ſoluere ab iis coactus erat; atque hoc eo facilius et tutius facere ſe poſſe arbitrabatur, cum alia bella, quorum euentus anceps eſſet, Aſſyriis tunc tem-

temporis gerenda essent. Attamen Sanheribus tandem, anno XIV. regni Hiskiae, Iudaeam inuasit. Itaque hic, cum res aliter quam sperarat, cessuras auguraretur, viam pacis cum Assyrio tentauit, et veniam solutis XXX. talentis impetrauit. Sed mox Sanheribum promissi poenituit. Misit ergo Thartanem, vnum de ducibus, cum haud mediocri manu militum ad obsidendam Hierosolymam. Hiskiam, hoc modo ad summum discrimen redactum, solatio recreare studuit Iesaias, propheta, eique auxilium diuinum pollicitus est. Nec defuit illud. Orta enim est pestis, quae maximam partem hostilis exercitus abriperet. In ipsa quidem vrbe etiam, sed non adeo grauiter, quam extra eam, morbus saeuire coepit, et ipse rex eo correptus est, sed breui, vti ipsi promiserat Iesaias, conualuit. Sanheribus vero propter hanc calamitatem, et cum praeterea fama percrebuisset, Thirhacam, Aegyptiorum regem, Assyriam adortum esse, obsidionem soluit, et exercitus reliquias Niniuen abduxit, vbi a filiis trucidatus est. Ita Hiskias, insperato ab hostibus liberatus, reliquam vitam ita transegit, vt patriae saluti quam optime prospiceret. Maxima dignitate floruit et apud ciues suos et apud exteros. Mortuus est anno aetatis LIV. et successorem habuit Manassen, filium.

Reges Iudaeorum.	Reges Iſraelitarum.
Amazia, occiſus A. 3370.	Ierobeamus II. A. 3352. regn. XLI. ann.
Interregnum XI. annor.	Interregnum XXIII. annor.
Vſia ſ. Aſaria A. 3382. regn. LII. ann.	Sacharia 3420. regn. VI. menſ.
	Sallumus 3421. regn. menſem.
	Menahemus X. annum regn.
Iothamus, ſocius patris, 3420. regni ſucceſſor, 3434. regn. adhuc XVI. ann.	Pekaiahus 3432. regn. II. ann.
Ahaſus 3421. regn. XVI. ann.	Pekaiahus interfectus ab Hoſea 3454.
	Interregnum VIII. annor.
	Hoſeas 3462. regn. IX. ann.
Hiſkias 3466. regn. XXIX. ann.	Samariam expugnauit Salmanaſſerus 3472.
	Finis regni Iſraelitici.

Reges Iudaeorum.

Manaſſe 3495. regn. LV. ann.
Ammon 3550. — II. ann.
Ioſias 3552. — XXXI. ann.
Ioahaſus 3584. ab Aegyptiis imperio motus.
Ioiakimus, frater Ioahaſi, XI. regn. annos.
Ioiachimus 3595. poſt tres menſes captiuus Babylona abductus.
Zedekia 3596. Hieroſolymam expugnauit Nebucadnezarus 3607.

Finis reipublicae Iudaicae.

In

In explicandis iis, quae capite primo et tertio oraculorum Hoſeae leguntur, mirifice inter ſe diſſentiunt interpretes. Alii nimirum, rem in facto poſitam, actionem ſymbolicam, vt vocant; alii viſionem nocturnam, alii denique parabolam enarrari a propheta exiſtimant. De vnaquaque harum ſententiarum breviter ſtrictimque nonnulla notabimus. Et adſtipulatores ac defenſores prioris quidem ſententiae, proponi nimirum *actionem ſymbolicam*, cum iis opponeretur, eiuſmodi mandatum diuinum, quale accepiſſe dicatur Hoſeas, plane alienum a Dei ſapientia et ſanctitate fuiſſe, varias vias ingreſſi ſunt, quibus hanc ſuam ſententiam ab hoc crimine liberarent, eamque ſaluam indubitatamque redderent. Dixerunt inter alia, foeminam illam, antequam eam in matrimonium duxiſſet Hoſeas, fuiſſe caſtam et ſanctam; et hoc exinde planiſſime apparere, quod fuerit imago populi Iſraelitici, qui tamen, ſi de primordiis eius ſermo ſit, ſemper comparetur cum virgine pura et incorrupta Ier. 2, 2.

 ſqq.

ſqq. nominari ergo Hoſeae vxorem per anticipationem אֵשֶׁת זְנוּנִים (vid. tamen nos ad 1, 2.) quippe quae ſeſe poſtea, cum nupſiſſet, adulterio commiſſo, hoc nomine dignam reddidiſſet. Haec tamen excuſatio, cum non ſatiſfaceret aliis, affirmarunt, prophetam ipſum foeminam illam libidinoſam deperiſſe, amorisque ſui vehementiam et ardorem fuiſſe ipſi inſtar mandati diuini. Quodſi vero nos vel maxime haec omnia concederemus, neſcimus tamen, an quicquam grauius iis, quae de actione ſymbolica hic diſputari ſolent, opponi poſſit, quam id quod nuper de loco Ier. 13, 1—11. monuit Ven. *Stäudlinius* in ſ. neuen Beyträgen zur Erläuterung d. bibl. Propheten (Götting. 1791. 8.) S. 130. cuius verba apponere placuit: „wäre die ſymboliſche Handlung wirklich geſchehen, ſo hätte ſie den Zweck verfehlt; was das Volk nothwendig hätte ſehen müſſen, wenn es Eindruck auf daſſelbe hätte machen ſollen, geſchieht in einer weitern oder nähern Entfernung von ihnen, — was ihm auf einmal oder wenigſtens in einem leicht zu überſchauenden Zuſammenhang hätte gezeigt werden ſollen, geſchieht in einer langen Zeit, und dehnt ſich durch *mehrere Iahre* aus, — kurz, mit einem groſsen

Auf-

Aufwand von Mitteln, wird der Zweck desto sicherer verfehlt.“ Et p. 129. scribit: „Eine symbolische Handlung — muss überschaut, bemerkt werden können, sie muss nicht lange dauern, sonst ermüdet sie den Zuschauer, eine kürzere Belehrung würde weit zweckmäßiger seyn. Am besten erreicht sie ihren Zweck, wenn sie *simpel, rasch*, und *feyerlich* ist. — Neque vero etiam altera interpretandi ratio sese magnopere probabilitate commendat, exponi nimirum *visionem nocturnam*. Nam, vt rectissime nuper animaduertit Ill. Eichhornius, (Einleitung in d. A. T. Th. 3. S. 275.) ne leuissimum quidem in hac sectione vestigium deprehendimus, e quo appareat, enarrare prophetam visionem, nocturno tempore habitam. — Verissima igitur videtur esse interpretum eorum sententia, qui *parabolam* ab Hosea proponi existimant, et quidem eiusmodi parabolam, quae formam visionis habeat. Sic sane omnes difficultates quam optime remouentur et euanescunt; neque, si quid videmus, huic explicationi obstat id, quod Eichhornius monuit, prophetam debuisse foeminae nomen vel plane reticere, vel ei imponere nomen symbolicum; etenim in illa quoque parabola, (etsi caeteroquin alius generis

 sit,)

ſit,) quam Chriſtus Luc. 16, 19. ſqq. tradidit, Lazari nomen fictum, nec tamen ſymbolicum eſt.

Argumentum Capitis I. II.

Omnia Hoſeae oracula duabus partibus conſtare, earumque primam tria priora capita, ſecundam reliqua continere, citra omnem dubitationem poſitum eſt. Non modo enim capite tertio additur promiſſio, quod fieri fere ſemper ſolet, cum finis imponitur orationi, comminationis plenae, quae praeceſſit, ſed ad ea etiam, quae cap. I. et III. leguntur, nuſpiam in reliquis capitibus reſpicitur. cf. Eichhorn. Einleit. Th. 3. S. 554. Argumentum autem capitis primi hoc eſt: Hoſeas, ita volente Deo, in matrimonium duxit foeminam libidinoſam, atque ex ea ſuſcepit liberos, matri ſentiendi et agendi ratione ſimiles, i. e. libidini indulgentes et ſpurios. Filio primogenito Iſraelis nomen impoſuit, ita iubente Deo, qui vellet regnum Iſraeliticum delere. Filia, deinceps Hoſeae nata, vocata eſt Lo-Rüchama, cum Deus nollet porro miſericordiam in Iſraelitas exercere. Alius denique filius accepit nomen Lo-Ammi, quo ſignificaretur, Iſraelitas non amplius fore Dei populum peculiarem. Haec parabola

capite

capite ſecundo curatius et vberius explicatur. Vniverſus populus Iſraelitarum, quem Hoſeae vxor adumbrat, vocatur mater (v. 1.), et ſinguli Iſraelitae, quos ſignificant Hoſeae liberi, huius *matris* liberi nominantur. Populus proponitur tanquam vxor Iouae, atque cultus idolorum vocatur adulterium. Hanc igitur Iſraelitarum idololatriam grauiter reprehendit propheta, ita, vt iis agrorum ſterilitatem et alia mala quam plurima minetur; ſed promittat iis etiam, mutata ſentiendi et agendi ratione peruerſa in melius, beniuolentiam Dei, et reſtitutionem felicis florentiſque conditionis. Caeterum haec prophetae oratio habita eſſe videtur temporibus Ierobeami ſecundi. Quodſi enim eam dixiſſet Hoſeas tempore interregni, vel Zachariae, qui vltimus fuit e poſteris Iehui, haud dubie funeſtior fuiſſet illorum temporum deſcriptio.

Argumentum Capitis III.

Eodem Ierobeamo regnante, Hoſeas eiuſdem parabolae, quam cap. I. legimus, continuationem, alio tamen loco et tempore propoſuit, vnde neceſſe etiam erat, vt nonnulla ex iis, quae iam alio tempore enarraverat et cap. I. leguntur, repeteret. — Duxerat pro-

pheta

pheta in matrimonium foeminam, quae alios amabat, et adulteria committebat. Cum ergo peperisset liberos spurios et illegitimos, Hoseas hoc cum ea pactum iniit, ne aliquamdiu, vel cum se ipso, vel cum aliis rem haberet. Illa hoc pactum seruauit, oblita est subinde amatorum suorum, atque maritum vnice amauit. Prophetae vxor est imago Israelitarum, qui, quamquam a Deo pluribus beneficiis ornati, tamen eius cultum negligebant, idola colebant, atque hanc ob caussam in alienas terras eiici debebant, ita, vt neque Deum, neque idola rite colere possent; tandem vero resipiscerent et ad Deum suum redirent. — Quilibet sine negotio animaduertit, ea omnia, quae capite III. leguntur, hunc in finem esse proposita, vt delinearentur et describerentur fata populi Israelitici. Itaque neque h. l. neque cap. I. res in facto posita enarratur.

הושע

CAP. I.

1 דְּבַר־יְהוָה ׀ אֲשֶׁר הָיָה אֶל־הוֹשֵׁעַ בֶּן־בְּאֵרִי בִּימֵי
עֻזִּיָּה יוֹתָם אָחָז יְחִזְקִיָּה מַלְכֵי יְהוּדָה וּבִימֵי
2 יָרָבְעָם בֶּן־יוֹאָשׁ מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל׃ תְּחִלַּת דְּבַר־
יְהוָה בְּהוֹשֵׁעַ וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל־הוֹשֵׁעַ לֵךְ קַח־לְךָ
אֵשֶׁת

v. 2. Vulgo דְּבַר־

Cap. I. 1. Inſcriptio libelli. ירבעם intelligitur Ierobeamus ſecundus, rex fortis et felix, qui, ſubactis gentibus pluribus, ampliſſimam florentiſſimamque reddidit Iſraelitarum rempublicam. v. *Michaelis* Verſ. Vernac. T. XI. p. 3. Sed hac ipſa reipublicae laetiſſima conditione Iſraelitae animo elati, Ioua neglecto, idola coluerunt; qua in re rex ipſe iis exemplo erat. Regnauit Ierobeamus annos quadraginta et vnum, eoque mortuo interregnum vndecim annorum ortum eſt, ita, vt, quo laetior ante fuiſſet reipublicae conditio, eo nunc illa eſſet triſtior; plures enim tunc temporis de ſumma poteſtate contendebant, plena erant omnia caedibus, rapinis (Hoſ. c. 7. etc.) et, vndecim demum annis praeterlapſis, Zacharias, Ierobeami filius, ad regnum peruenit, ſed et hic poſt ſex menſes a Sallumo, amico ſuo, interfectus eſt, cum eoque Iehui familia exſtirpata eſt. 2 Regg 15, 21. Hoſ. 1, 4. — Fuit ergo Hoſeas noſter aequalis Ieſaiae et Amoſi et docere populares ſuos coepit circa finem imperii Ierobeami, mortuusque eſt initio regni Hiſkiae.

2. תחלת דִּבֶּר ita enim flagitantibus legibus Grammatices et verſſ. antiqq. pro דְּבַר legendum eſt, *initium mandati* i. e. primum mandatum. לך *agedum*; eodem modo Latini dicere ſolent. Propert. 1, 9. 13. *I quaeſo et triſtes iſtos compone libellos.* קח. לקח notat h. l. *in matrimonium ducere*, vt Gen. 4, 19. quo ſenſu etiam λαμ-

βάνειν

אֵשֶׁת זְנוּנִים וְיַלְדֵי זְנוּנִים כִּי־זָנֹה תִזְנֶה הָאָרֶץ
מֵאַחֲרֵי יְהוָה׃ וַיֵּלֶךְ וַיִּקַּח אֶת־גֹּמֶר בַּת־דִּבְלָיִם וַתַּהַר 3
וַתֵּלֶד־לוֹ בֵּן׃ וַיֹּאמֶר יְהוָה אֵלָיו קְרָא שְׁמוֹ יִזְרְעֶאל 4
כִּי־עוֹד מְעַט וּפָקַדְתִּי אֶת־דְּמֵי יִזְרְעֶאל עַל־בֵּית יֵהוּא
וְהִשְׁבַּתִּי

βάνειν legitur Marc. 12, 19. et παραλαμβάνειν Matth. 1, 20. אשת זנונים femina cum maxime libidinosa, quae et adulterium committet, et in ipso matrimonio fidem datam negliget. Bene expressit Ill. *Pfeifferus*: eine Coquette, quamuis nec haec vox plane exhauriat notionem, quam formulae huic substituit propheta. Neque huic meae interpretationi, si quid sentio, obstat locus Ieremiae 2, 2. sqq. cum Hoseas rem alio modo spectauerit, quam quo eam spectauit Ieremias, et ipse noster propheta c. 9, 10. 11, 2. vbi de populi Israelitici aetate nondum adulta loquitur, reprehendat illius idola colendi libidinem. וילדי זנונים h. e. *liberos, matri similes*, libidini deditos cf. c. 2, 6. et *spurios;* praecessit enim אשת זנונים, coll. 2, 7. 3, 2. Pendent autem haec verba a praecedente קח, ita, vt לקח sit h. l. verbum praegnans; procreabit tibi liberos spurios et libidini deditos, s. vt b. *Dathius* scienter vertit: *liberos geniturus meretricios.* "כי" *nam Israelitae, neglecto Iouae cultu, deos alienos colunt.* זנה prop. scortari; deinde improprie: idola colere, Ies. 1, 21. Ps. 73, 27, etc. Est autem prophetis Hebraeorum vett. et inter eos inprimis Hoseae peculiare ac proprium, coniunctionem Dei cum populo Israelitico cum matrimonio comparare. הארץ Israelitae ipsi.

4. יזרעאל h. e. Deus dissipabit, nam זרע non tantum notat: *seminare*, sed etiam: *dissipare, perdere*. Solebant autem Hebraei liberis suis, recens natis, haud raro eiusmodi nomina imponere, quibus aliquid boni vel mali, quod vel tempore eorum natiuitatis iam euenisset, vel adhuc iis euenturum a propheta praedictum esset innueretur. Cf. Gen. 35, 18. Ies. 7, 14. 8, 3. etc. עוד מעט *breui*, i. e. certissime. Prophetae nimirum magnas rerum conuersiones *proxime imminentes* declarare solebant, ad exprimendam earundem *certitudinem*. Vid. Ill. *Eichhorn*. ad Apoc. 1, 1. p. 6. sq. ופקדתי tunc puniam. "את דמי" plerique

5 וְהִשְׁבַּתִּי מַמְלְכוּת בֵּית יִשְׂרָאֵל׃ וְהָיָה בַּיּוֹם הַהוּא
6 וְשָׁבַרְתִּי אֶת־קֶשֶׁת יִשְׂרָאֵל בְּעֵמֶק יִזְרְעֶאל׃ וַתַּהַר

que interpretes vertunt: *caedem Iesreele commissam.* Sed Iehu e mandato diuino Ahabi familiam exstirpauit (quanquam caeteroquin equidem dubito, an Iehu caedem illam iussu diuino commiserit, v. librum meum *Geschichte d. Jüd. Volks für denkende Leser d. Bibel* S. 263.)? respondent interpretes illi: quoniam vitulorum cultum non aboleuit; Ahabi facinora comprobauit, et ideo poena dignus fuit. Audio; at Iehu septuaginta Ahabi filios non Iesreele occidi iussit, sed capita tantum eorum in hanc vrbem deportata sunt. Igitur alii huic obiectioni ita occurrerunt, vt dicerent, respici h. l. alia crudelia facinora, Iesreele commissa, nobis vero ignota. Atque haec quidem explicatio simplicissima est; saltem longe facilior, vt videtur, quam *Grotii*, et, qui cum eo facit, Ven. *Ständlinii*, qui locum hunc ita explicant: qualem stragem edidit Iehu in domum Ahabi, et in Isabelem, tali strage ipsius posteros puniam. Hanc enim interpretationem verba hebraica non admittere, recte iam obseruauit *Dathius*. Itaque דמים verto, *facinora impia*, ita vt omnino facinora quaeuis, a regibus, e Iehui familia oriundis, patrata, homicidia, idolorum cultus etc. intelligantur. Erat autem *Iesreel*, inde ab Ahabi temporibus, metropolis, quatuor milliaria a Samaria remota. דמים autem saepe *dira quaeuis flagitia* notare, patet ex Ies. 1, 15. Ps. 51, 16. בית יהוא *familia Iehui.* Nomen בית, vt Lat. *domus*, et Graec. *οἶκος*, *familiam*, *gentem* significare, vel pueris notum. והשבתי *cessare faciam*, finem faciam Israelitarum regno. Nihil amplius. Poenam minatur Deus familiae Iehui, et vero etiam Israelitis, regum exemplum imitantibus. 5. ושברתי *tunc*, *postea*, *frangam*, h. e. minuam, perdam. קשת *arcus*, i. e. robur, vires, copiae, exercitus. Ier. 49, 35. Ezech. 30, 22. 29.

בעמק י״ *in valle Iesreel.* In vicinia huius vrbis erat magna planities, cuius ambitus decem millium passuum fuit, nobilitata victoriis plurimis, quas in ea Israelitae de hostibus suis reportauerant. v. Iudd. 5. 6. 7. 2 Regg. 9, 36. 37. Caeterum vallis Iesreel est imago victoriae. Non

עוֹד וַתֵּלֶד בַּת וַיֹּאמֶר לוֹ קְרָא שְׁמָהּ לֹא רֻחָמָה כִּי לֹא
אוֹסִיף עוֹד אֲרַחֵם אֶת־בֵּית יִשְׂרָאֵל כִּי־נָשֹׂא אֶשָּׂא לָהֶם׃
7 וְאֶת־בֵּית יְהוּדָה אֲרַחֵם וְהוֹשַׁעְתִּים בַּיהוָה אֱלֹהֵיהֶם וְלֹא
אוֹשִׁיעֵם בְּקֶשֶׁת וּבְחֶרֶב וּבְמִלְחָמָה בְּסוּסִים וּבְפָרָשִׁים׃
8.9 וַתִּגְמֹל אֶת־לֹא רֻחָמָה וַתַּהַר וַתֵּלֶד בֵּן׃ וַיֹּאמֶר קְרָא
שְׁמוֹ לֹא עַמִּי כִּי אַתֶּם לֹא עַמִּי וְאָנֹכִי לֹא־אֶהְיֶה לָכֶם׃
וְהָיָה

porro erit vallis victoriae; Israelitae vincentur, respublica eorum peribit.

6. 7. לא־רחמה *non miseranda*, quae nullam miserationem meretur, nec adeo exspectare potest. οἱ ό, οὐκ ἐλεημένη. "לא אוסיף *non miserebor amplius*. simpliciter. Hebraei enim saepe duo verba ita coniungere solent, vt alterum habeat vim aduerbii; id quod semel monuisse sufficiat. "כי נשא vulgo: *ita, vt iis peccata condonem.* Recte! nam נשא significat: *condonare*, vt Ies. 2, 9. vbi Symmach. μὴ ἀφῇς αὐτοὺς· et Aquila: μὴ ἀνῇς αὐτούς. Sed durities quaedam huic explicationi inesse, et נשא maius quid inuoluere videtur. Scilicet in lingua Arabum נוא notat: *abigere, remouere, vi auferre.* Hoc sensu נשא accipiendum est Mich. 2, 2. vbi ei opponitur גזל, et h. l. Verte: sed abducendos eos curabo in captiuitatem. ל autem est h. l. nota accusatiui. 7. ו *sed.* הושעתים *seruabo eos.* Referri possunt haec ad cladem Sanheribi 2 Regg. 19. et Ies. 36. ביהוה *per Iouam*, i. e. per me, ego eos seruabo. Nomen vim habet pronominis. Verbis seqq. notionem simplicem, *non vi humana*, eleganter exornauit poeta. 8. ותגמל *cum ablactasset* (mater) *Loruchamam*, ergo tribus annis praeterlapsis, cf. 2 Macc. 7, 27. 9. לא עמי me non colitis, adeoque vos non porro beneficiis ornabo. "ואנכי *nec ero vester*, scil. Deus, non opitulabor vobis, non vos liberabo ab hostibus vestris. *Dathius*, secutus *Houbigantium*, pro לכם legit אלהיכם, sine caussa, vt opinor. Eiusmodi enim ellipsis animo prophetae concitato apprime conuenit.

10. 11. Minationem excipit promissio. Sed offendit interpretes nonnullos nimis subitaneus transitus ad tempora laetiora, adeoque hos versus esse statuerunt particulam orationis longioris deperditae.

10 והיה מספר בני־ישראל כחול הים אשר לא־ימד
ולא יספר והיה במקום אשר־יאמר להם לא־עמי אתם
11 יאמר להם בני אל־חי׃ ונקבצו בני־יהודה ובני־
ישראל יחדו ושמו להם ראש אחד ועלו מן־הארץ כי
גדול

tae. Adſtipularer iis, ſi tale quid in alio propheta deprehenderem; Hoſeae vero cum haec ſit indoles, vt ſubito ab vna re ad aliam tranſeat, omnia ſana eſſe et cohaerere mihi videntur. ו *attamen* כחול הים. Vt numeroſam Iſraelitarum multitudinem viuide poeta depingat, comparat eam cum arena maris. Quae comparatio poetis aliiſque ſcriptoribus admodum frequens eſt. Habac. 1, 9. Hebr. 11, 12. Ouid. A. A. 1, 254. *numero cedet arena meo.* Triſt. 4, 55. *meque tot aduerſis cumulant, quot littus arenas habet* "אשר לא *quae neque menſurari, nec numerari poteſt.* Rem ornant. "במקום *eo loco, quo vobis dictum eſt, vos non populus meus* etc. Intelligenda eſt Palaeſtina, patria, in quam Hebraei, permittente Cyro, redibant, coll. 1, 9. 2, 22. Alii tamen intelligunt Aſſyriam, hoc ſenſu: in iis regionibus, quas vos captiui, exules, incoletis, felicior ſors vobis continget, vobis Deus denuo fauoris ſui documenta dabit, vos, vtpote populum ſuum dilectum, reducet. Non Iudaeos ſolum, verum etiam Iſraelitas rediiſſe, ſatis euidenter demonſtrauit *Michaelis* in Diſſ. de Exſilio decem tribuum, quae inſerta eſt Commentatt. ſocietati Gotting. praelectis. *Grotii* et *Houbigantii* interpretationi, qui במקום vertunt *loco, anſtatt,* au lieu que, repugnat vſus loquendi. "בני *filii Dei*, Deo cari, quos peculiaribus beneficiis ornat, et qui eum colunt. אל חי *Dei veri, immortalis*; idola contra vocantur *mortua.* Ieſ. 37, 4. Ier. 20, 10. 11. "ושמו *ſibi conſtituent caput*, i. e. principem. Hoc ſenſu ראש legitur Pſ. 110, 6. et κεφαλή 1 Cor. 11, 3. et שום reſpondet Graec. τιθέναι. Act. 20, 28. etc. Per hunc principem autem intelligitur Serubabel, quo duce magna pars populi in patriam rediit. "ועלו e terra i. e. regionibus, quas exules hactenus incoluerunt, redibunt. עלה prop. quidem *adſcendit*, deinde omnino, *profectus eſt.* Omnes enim Iudaeae incolae, Hieroſolymam proficiſcentes, e loco inferiore ſupe-

גָּדוֹל יוֹם יִזְרְעֶאל׃ אִמְרוּ לַאֲחֵיכֶם עַמִּי וְלַאֲחוֹתֵיכֶם 12
רֻחָמָה׃

CAP. II.

רִיבוּ בְאִמְּכֶם רִיבוּ (כִּי־הִיא לֹא אִשְׁתִּי וְאָנֹכִי לֹא 1
אִישָׁהּ) וְתָסֵר זְנוּנֶיהָ מִפָּנֶיהָ וְנַאֲפוּפֶיהָ מִבֵּין שָׁדֶיהָ׃
פֶּן־

superius adſcendere neceſſe habebant. cf. Matth. 20, 18 ibique interpp. et *Michaelis* Diſſ. de Notione ſuperi et inferi apud Hebr. etc. כי *profecto*, *vtique*. גדול *magnus*, i. e. memorabilis, notatu dignus. Tacitus Agric. 34. *dies magnus* pro, notatu dignus, de die victoriae. Sic verbum גדל Gen. 12, 2. "יום tempus, quo Iſraelitae redibunt. יזרעאל dies *ſeminis Dei*, erit: notatu dignum erit tempus, quo Deus ſeminabit, quo Iſraelitas reducet, coll. 2, 22. 12. "לאחיכם *fratribus ſororibuſque veſtris*, h. e. vobis invicem acclamate: ſumus Deo cari, nos ille ſeruauit, felicitatem amiſſam reſtituit. Alii *per fratres et ſorores* intelligunt incolas Iudaeae. Male.

Cap. II. 1. ריב ſeq. ב increpare, reprehendere. Gen. 31, 36. באמכם. אם *mater* eſt vniverſus populus, qui tanquam Dei coniux proponitur. *Liberi* ſunt ſinguli Iſraelitae, coll. v. 3. Omnes ac ſinguli Iſraelitae ſunt alieni a Deo, cultores idolorum; ergo, vt ſeſe inuicem ad Dei cultum exhortentur, eos propheta admonet. Sequentia verba "כי parentheſeos nota a reliquis ſeparanda, praeclare iam vidit *Dathius*. Continent autem cauſſam, cur populus dignus ſit, qui a Deo reiiciatur. "ותסר *remoueat impudicitiam ab ore ſuo*. Plerumque haec verba de vultu, libidinem referente, explicantur. Verum cum in ſeqq. cinguli pectoralis mentio fiat, mallem זנונים interpretari de fuco, quo meretrices formoſitatem mentiri ſtudebant. Per נאפופיה autem cingulum pectorale eſſe intellegendum, quo apud vett. feminae libidinoſae vtebantur, vt ſibi elegantem et formoſum ſinum compararent, mihi perſuaſiſſimum eſt. Idem iam ſtatuit *Pfeifferus* in Verſ. Vernac. (quae prodiit Erlang. 1785.) p. 37. Sic etiam Ieſ. 3, 24. per חגורה haud dubie hoc

2 פֶּן־אַפְשִׁיטֶנָּה עֲרֻמָּה וְהִצַּגְתִּיהָ כְּיוֹם הִוָּלְדָהּ וְשַׂמְתִּיהָ
3 כַמִּדְבָּר וְשַׁתִּהָ כְּאֶרֶץ צִיָּה וַהֲמִתִּיהָ בַּצָּמָא׃ וְאֶת־
4 בָּנֶיהָ לֹא אֲרַחֵם כִּי־בְנֵי זְנוּנִים הֵמָּה׃ כִּי זָנְתָה
אִמָּם הֹבִישָׁה הוֹרָתָם כִּי אָמְרָה אֵלְכָה אַחֲרֵי מְאַהֲבַי
5 נֹתְנֵי לַחְמִי וּמֵימַי צַמְרִי וּפִשְׁתִּי שַׁמְנִי וְשִׁקּוּיָי׃ לָכֵן

הִנְנִי־ A 4

hoc cingulum significatur. Hac saltem interpretatione accepta pictura ibi longe viuidior existit.

2. 3. Comparant Ezech. 16. פן" *Doederlein:* ne vestibus spoliatis nudem. Simplex notio: contemtum, opibus, potentia destitutum reddam Israelitarum populum. כיום הולדה *die natali;* imagine remota: cum Israelitae commorarentur in Aegypto, vbi dura, iniqua et seruilis eorum conditio. Coll. v. 15. extr. ושמתיה" *et eam similem reddam deserto,* miseram. Imago desumta ab Arabiae desertis. Inter desertum et hominem nudum similitudo quaedam intercedit. ארץ ציה, *οἱ ό,* ὡς γῆν ἄνυδρον, vberius definit τὸ מדבר, quod praecessit. Horatio Epod. 3, 16. Apulia vocatur *terra siticulosa.* בני זנונים" *spurii et matri similes,* i. e. toti sunt in idololatria, ei a puero dediti.

4. זנתה et הובישה *pudenda committit,* sunt verba, idem valentia, adulteria committit. הורתם genetrix eorum, id. qd. אמם, *οἱ ό,* ἡ τεκοῦσα αὐτά, sed Cant. 3, 4. ἡ συλλαβοῦσα. אמרה subintell. בלבה *dicit in animo suo,* i. e. cogitat. הלך, sequente אחרי, est: *sequi,* ἀκολουθεῖν· sensus: *colere deos alienos.* לחמי omnino, *victum meum quotidianum.* vid. not. ad 9, 4. ומימי *aqua* nominatim inducitur, quoniam eius non adeo magna copia in Palaestinae regionibus erat. צמרי ופשתי *lanam, linum,* materies pro materiato, *vestimenta lanea et lintea.* שמני intelliguntur, *vnguenta,* vt Ps. 141, 5. ושקויי *et potum meum,* innuuntur, cum haec vox iungatur vocabulis, quibus significentur res, non tam ad victum necessarium, quam potius ad vitam lautam et opiparam facientes ac pertinentes, cum distinguatur שקויי ab מימי *potiones pretiosiores,* v. c. mustum, vinum. Iam si imaginem omnem deponimus, in promtu est, reprehendi Israelitas propterea, quoniam regionis

הִנְנִי־שָׂךְ אֶת־דַּרְכֵּךְ בַּסִּירִים וְגָדַרְתִּי אֶת־גְּדֵרָהּ
וּנְתִיבוֹתֶיהָ לֹא תִמְצָא׃ וְרִדְּפָה אֶת־מְאַהֲבֶיהָ וְלֹא־ 6
תַשִּׂיג אֹתָם וּבִקְשָׁתַם וְלֹא תִמְצָא וְאָמְרָה אֵלְכָה וְאָשׁוּבָה
אֶל־אִישִׁי הָרִאשׁוֹן כִּי טוֹב לִי אָז מֵעָתָּה׃ וְהִיא לֹא 7
יָדְעָה כִּי אָנֹכִי נָתַתִּי לָהּ הַדָּגָן וְהַתִּירוֹשׁ וְהַיִּצְהָר וְכֶסֶף
הִרְבֵּיתִי

gionis suae fertilitatem adscribebant idolis.

5. 6. Quoniam versu, qui praecessit, propheta notionem simplicem *colere idola*, commutauit cum tropica, *sequi amatores*; persequitur metaphoram semel inceptam, et sententiam hanc: „redigam Israelitas in angustias, conditionem populi reddam eam, vt non possit amplius idola colere, abducendos eos in captiuitatem curabo," ita proponit et exornat, vt dicat, spinis obstruam viam, sepimentum ei obiiciam etc. Pro דַּרְכֵּךְ *οἱ ὁ'* Syr. et Arabs legunt דַּרְכָּהּ; sed vulgaris lectio nihilominus retinenda, vtpote difficilior. Alloquitur Deus populum, et subita personarum mutatio Hoseae solennis est. וגדרתי *et obsepiam, muro obstruam.* οἱ ὁ' ἀνοικοδομήσω. גדר enim, est murus, e lapidibus exstructus, et inprimis *de muro circa vineam* adhibetur, ita, vt etiam cum sepe viua e spinis copuletur, vt h. l. (בסירים *spinis*) et Prov. 24, 31. Thren. 3, 9. v. Amiciss. *Rosenmüllerus* ad Ies. 5, 5. נתיבותיה *semitas suas*, (quibus hactenus incedere solita est, h. e. suas semitas) a rad. Arab. נתב *elatus fuit, eminuit.* ורדפה. רדף non tantum est: *persequi*, sed omnino: *cupide, ardenter sequi*, vt Graec. διώκειν. vid. *Facius* V. Cl. ad Eurip. Orest. v. 412. ואמרה *tunc demum dicet*, l. cogitabit. coll. v. 4. אלכה ואשובה simpl. redibo, reuertar. "אל *ad maritum meum priorem*, i. e. Deum, cuius coniux populus Israeliticus proponitur. "כי טוב tunc mihi felicior sors erat, quam nunc, in Palaestina, quam in exteris regionibus, in Assyria. Sensus: ad incitas redacti Israelitae, vbi cognouerint, idola ipsis non posse auxilium ferre, ad meliorem frugem redibunt, Deum iterum colent.

7—9. ידע considerauit, perpendit. cf. v. 4. Act. 23, 5. οὐκ ᾔδειν, ἀδελφοί, ὅτι ἐστὶν ὁ ἀρχιερεύς. אנכי emphatice positum, *ego ipse*, non idola. "הדגן *frumentum, mustum, oleum.*

8 הִרְבֵּיתִי לָהּ וְזָהָב עָשׂוּ לַבָּעַל׃ לָכֵן אָשׁוּב וְלָקַחְתִּי
דְגָנִי בְּעִתּוֹ וְתִירוֹשִׁי בְּמוֹעֲדוֹ וְהִצַּלְתִּי צַמְרִי וּפִשְׁתִּי
9 מְכַסּוֹת אֶת־עֶרְוָתָהּ׃ וְעַתָּה אֲגַלֶּה אֶת־נַבְלֻתָהּ לְעֵינֵי
10 מְאַהֲבֶיהָ וְאִישׁ לֹא־יַצִּילֶנָּה מִיָּדִי׃ וְהִשְׁבַּתִּי כָּל־
11 מְשׂוֹשָׂהּ חַגָּהּ חָדְשָׁהּ וְשַׁבַּתָּהּ וְכֹל מוֹעֲדָהּ׃ וַהֲשִׁמֹּתִי

v. 8. Vulgo לְכַסּוֹת

oleum. Praecipui fructus Palaestinae commemorantur, ad indicandam in vniuersum terrae fertilitatem. "כסף non tantum de auro et argento e metallorum fodinis cogitandum, sed *omnino de opibus et diuitiis*, quas sibi mercatura etiam comparabant Hebraei. Ante עשׂו supplendum esse אשר, iam recte vidit *Dathius*, dum vertit: *quam in Baalis cultu absumsit.* Sed עשׂה seq. ל notare, impendere alicui rei, tralatitium est. לכן *attamen*, vt Ier. 16, 4. "אשוב *rursus eripiam.* לקח *eripuit, abstulit*, Deut. 7, 1. Sic λαμβάνειν Matth. 15, 26. Explicatur h. l. per הצלתי. דגני *frumentum meum*, i. e. quod ego ipsi concessi. בעתו במועדו simpl. *tempore suo*, h. e. si sensum spectas, *tempore messis — tempore vindemiae*. Neque messis, neque vindemia erit; sterilitas terram premet. Pro לכסות, praeeuntibus τοῖς ο', et flagitante orationis serie, legendum מכסות *me tegere possit* ערותה *nuditatem suam.* ערוה est pars corporis, quae turpis habetur; οἱ ο', ἀσχημοσύνη, vt etiam Aq. et Symm. Gen. 9, 22. Apoc. 16, 15. Idem significat vox נבלות, non *corpus marcescens*, vt voluerunt nonnulli. Neque imago haec inhonesta habenda est; redolet enim Orientem, et plane similes leguntur Nah. 3, 5. Ier. 13, 26. Omni vero imagine non nisi hoc exprimitur: ignominia afficiam, deprimam populum. In singulis non est haerendum. "לעני explicatur per "ואיש nemo manui meae, i. e. potestati meae, mihi, eripiet eam.

10—12. כל־משׂושׂה omnes dies festos, laetitiae destinatos. Supplendum enim est יום, vt יום שמחת Num. 10, 10. חגה. חג, *Bauero* interprete, est scenopegia, festum paschale et messorium. חדש 1) nouilunium, 2) primus mensis cuiusque dies, 3) festum, quod primo cuiusuis mensis die celebrari solebat. Ita h. l. et Ies. 1, 13.

גַּפְנָהּ וּתְאֵנָתָהּ אֲשֶׁר אָמְרָה אֶתְנָה הֵמָּה לִי אֲשֶׁר נָתְנוּ־לִי
12 מְאַהֲבָי וְשַׂמְתִּים לְיַעַר וַאֲכָלָתַם חַיַּת הַשָּׂדֶה׃ וּפָקַדְתִּי
עָלֶיהָ אֶת־יְמֵי הַבְּעָלִים אֲשֶׁר תַּקְטִיר לָהֶם וַתַּעַד נִזְמָהּ
וְחֶלְיָתָהּ וַתֵּלֶךְ אַחֲרֵי מְאַהֲבֶיהָ וְאֹתִי שָׁכְחָה נְאֻם־יְהוָה׃
13 לָכֵן הִנֵּה אָנֹכִי מְפַתֶּיהָ וְהֹלַכְתִּיהָ הַמִּדְבָּר וְדִבַּרְתִּי עַל־
לִבָּהּ׃

מועדה, *οἱ ό*, *τὰς πανηγύρεις αὐτῆς*· vocabulum generis, omnis generis conuentuum indicans. Iſraelitae exules non celebrabunt dies feſtos. 11. "והשמתי *vaſtabo vites et ficus.* Sicut ficus et vitis in promiſſionibus coniunguntur, v. c. Ieſ. 36, 16. Ioel. 2, 22. Mich. 4, 4. ita etiam hoc idem fieri ſolet in comminationibus, vt h. l. et Pſ. 105, 33. Hagg. 2, 19. אתנה *quaeſtus meretricius.* Ezech. 16, 34. *οἱ ό*, *μισθώματά μȣ ταῦτά ἐςιν.* Sed Suidas *μίσθωμα· ὁ μισθὸς ἑταιρικός.* "ושמתים. Vineta et ficeta (regio fertilis) vaſtabuntur, ſiluae eorum loco creſcent. "את ob dies feſtos, Baali ſacratos, i.e. omnino, ob cultum idolorum. Nam *Baal* erat commune idolorum nomen. הקטיר prop. ſuffitum obtulit; ſpecies pro genere: h. l. immolauit. *οἱ ό*, *ἐπέθυεν.* נזמה *ornamentum l. annulus.* נזם apud Arab. *figere, fibulare.* Si enim inauris intelligenda eſſet, additum legeretur אף, vt Ieſ. 3, 21. Ezech. 16, 12. Sed notum eſt, populos Orientis, non tantum naſum et aures, verum etiam brachia et pedes annulis ornare ſolitos eſſe et etiamnum ſolere. v. *Niebuhr Beſchreib. v. Arabien* p. 66. *Arvieux* Th. 3. p. 252. חליה plerique *de ornamento quouis* interpretantur; ſed perperam. Eſt *monile* intelligendum; quam notionem hoc vocab. etiam in lingua Arabum obtinet; vnde recte Vulg. *monili ſuo.* Symmach. habet: *περιτραχήλια.* *οἱ ό* vero *καθόρμια.* Heſychius: *καθόρμια· κόσμια περιτραχήλια.* Caeterum proponitur h. l. imago feminae, quae ſeſe ornat, vt amatoribus placeat, maritum vero negligit.

13. 14. Locum hunc conſolatorium obſcurum eſſe, interpretum in eo explicando diuerſitas ſatis declarat. Equidem eum nuper in libello peculiari (*Explicatio capitis III. ep. Pauli ad Titum; adiectae ſunt animaduerſſ. in nonnull. oracc. Hoſ. locos.* Lipſ. 1790.) hunc in modum interpretatus ſum:

14 לִבָּהּ׃ וְנָתַתִּי לָהּ אֶת־כְּרָמֶיהָ מִשָּׁם וְאֶת־עֵמֶק עָכוֹר
לְפֶתַח תִּקְוָה וְעָנְתָה שָּׁמָּה כִּימֵי נְעוּרֶיהָ וּכְיוֹם עֲלוֹתָהּ
מֵאֶרֶץ־

sum: Loquitur Hoseas v. 16. 17. de reditu Israelitarum e captiuitate, et singulae voces petitae sunt a pristina Iudaeorum in Palaestinam introductione. Innuit hoc enim ipse propheta, dum v. 17. addit "כיום. Iam cum dicit *atqui* (לכן est particula asseuerandi, vt Zach. 11, 7.) *eam ego lactabo* (פתה *lactare*, bono sensu h. l. et Ier. 20, 7. malo Ezech. 22, 15. Prov. 16, 29.) *et in desertum abducam, tunc eam consolabor* (דבר iucunda et solantia loqui, alloqui, Ies. 40, 2. Iudd. 19, 3. Ier. 15, 16. 23; 17.). Per desertum Assyriam intelligendum esse, in promtu est. Sententia vero his verbis haec inest: quemadinodum olim Israelitae per desertum, per loca inculta et aspera in Palaestinam, regionem fertilissimam amoenissimamque ducebantur, ita et nunc, vbi per tempus in locis Assyriae desolatis et incultis (2 Regg. 17, 6. add. Herodot. I, 193. p. 111. ed. *Reizii.*) commorati fuerint, pristinam felicitatem amissam, patriamque adeo ipsam recuperabunt. Additur enim: *tum* (משם aduerbium loci habet h. l. vim aduerbii temporis, vt Ps. 36, 13. v. *Glassius* Phil. Sacr. p. 370.) *reddam illi vineas, et vallem Achor ianuam spei.* Scil. Achor erat egregium pascuum; cf. *Hetzel.* ad Ies. 65, 10. Iam vero notum est, in literis sacris partes regionis alicuius fertiles saepe ita poni solere, vt omnino ipsa regio, illiusque fertilitas indicetur. Ergo etiam h. l. per *vallem Achor*, non solum illa vallis fertilis et frugifera intelligenda est, sed omnino Palaestina ipsa fertilis, vti et per *vineas* regio ipsa, vinearum plena indicatur. Commemoratur autem vallis Achor, et vocatur פתח תקוה (ל est h. l. nota accusatiui, vt saepius,) *ianua spei*, i. e. quae quondam fuerat Israelitis ianua terrae speratae, propterea, quoniam Hoseas h. l. vtitur formulis, ab introductione Israelitar. in Palaestinam deductis. — Aliam viam ingressus est in interpretandis his verbis Censor libelli mei Erlangensis, Ven. *Haenlinius*, Vir Amicissimus; *abductio in desertum* et *vallis Achor* videntur ei omnino esse imago miseriae et poenae diuinae, ita tamen, vt respiciantur simul etymologia vocabuli עכור et historia, quae legitur

15 מארץ־מצרים׃ והיה ביום־ההוא נאם־יהוה
16 תקראי אישי ולא־תקראי־לי עוד בעלי׃ והסרתי
את־שמות הבעלים מפיה ולא־יזכרו עוד בשמם׃
17 וכרתי להם ברית ביום ההוא עם־חית השדה
ועם־עוף השמים ורמש האדמה וקשת וחרב ומלחמה
18 אשבור מן־הארץ והשכבתים לבטח׃ וארשתיך
לי

legitur Iof. 7, 26. et locum ita vertit: *von jener Zeit an schenke ich ihr wieder schöne Pflanzungen, das Trübsalsthal soll neue Hoffnungsaussicht ihr gewähren.* וענתה tunc alternis vicibus canet, carmen ἀμοιβαῖον recinet. Efr. 3, 11. Aquila eleganter h. l. vertit ὑπακούσει. ὑπακούειν enim notat etiam *respondere*, vt Hom. Od. δ', 284. כימי "*vt in iuventute sua*, explicatur feqq. verbis. ו ante יום explicantis eft.

15. Senfus: tunc Ifraelitarum populus me vnice colet. בעל non modo *idolum* fignificat, fed etiam *maritum*, vt Ioel 1, 8. Gen. 20. 3. ficuti verbum בעל Ief. 62, 4. 5. בעל propr. eft: fuperiorem effe alicui; hinc dominum, poffefforem effe, v. c. vxoris, inde concumbere cum vxore. Deut. 1, 13. 24, 1. v. *Funk* Symbolae ad interpretationem Sacri Codicis Fafc. 2. p. 72. fqq. — Penitus hoc nomen abolebitur.

17—21. Sequitur iam viuida defcriptio aetatis aureae; felicitatis, qua ornabuntur Ifraelitae reduces. Similis locus ap. Claudian. Rapt. Prof. 2. Praefat. 25. *fecurum blandi leporem fouere Moloffi Vicinumque lupo praebuit agna latus. Concordes varia ludunt cum tigride damae. Maffilam cerui non timuere iubam.* add. Virg. Ecl. 4, 22. 24. *nec magnos metuent armenta leones. Occidet et ferpens et fallax herba veneni Occidet.* Lucan. Pharfal. 9, 890 — 980. Ouid. Met. 1, 99. fqq. Ief. 11, 6. fqq. Continet autem haec orationis prophetae particula promiffionem fummae felicitatis, cuius imago fecuritas eft, (ἄνεσις 2 Theff. 1, 7. ibique interpp.) fauoris auxiliique diuini. כרת ברית *ferire, icere foedus.* Verbum hac in re proprium. להם in commodum eorum. אשבור *frangam*, i. e. abolebo; verbum fortius. Proprie quidem non coniungi poteft cum voc. מלחמה, fed haec loquendi ratio

19 לִי לְעוֹלָם וְאֵרַשְׂתִּיךְ לִי בְּצֶדֶק וּבְמִשְׁפָּט וּבְחֶסֶד
20 וּבְרַחֲמִים׃ וְאֵרַשְׂתִּיךְ לִי בֶּאֱמוּנָה וְיָדַעַתְּ אֶת־יְהוָה׃
21 * וְהָיָה׀ בַּיּוֹם הַהוּא אֶעֱנֶה נְאֻם־יְהוָה אֶעֱנֶה אֶת־
הַשָּׁמַיִם וְהֵם יַעֲנוּ אֶת־הָאָרֶץ׃ וְהָאָרֶץ תַּעֲנֶה אֶת־
22 הַדָּגָן וְאֶת־הַתִּירוֹשׁ וְאֶת־הַיִּצְהָר וְהֵם יַעֲנוּ אֶת־
יִזְרְעֶאל׃ וּזְרַעְתִּיהָ לִּי בָּאָרֶץ וְרִחַמְתִּי אֶת־לֹא רֻחָמָה
וְאָמַרְתִּי לְלֹא־עַמִּי עַמִּי־אַתָּה וְהוּא יֹאמַר אֱלֹהָי׃

CAP. III.

tio etiam aliis linguis cognita eſt. 18. ארשתיך *deſponſabo*, i. e. vt ſponſam et vxorem tractabo, *Grotius*, h. e. beneficiis populum ornabo. לעולם vel omnino, vel per longum tempus, quamdiu nimirum me coles. Vel, firmum erit illud vinculum coniugale, i. e. ſi ſenſum ſpectes, certiſſime populum fauore meo proſequar. Sic etiam Iudae v. 6. δεσμοῖς ἀϊδίοις *vinculis firmiſſimis*. Vocabula, quae iam ſequuntur, ſunt ſynonyma, aucta ad ſignificandam ſummam beneuolentiam Dei, et vim aduerbioſum habent. Alii quidem צדק et משפט explicant de poenis diuinis; ſed huic expoſitioni orationis ſeries repugnare videtur. באמונה fidem tibi praeſtabo, promiſſa mea ſeruabo. ידע amauit, coluit. Pſ. 1, 6. Sic γινώσκειν Ioh. 10, 14. add. 1 Cor. 8, 3. vbi ἀγαπᾷν et γινώσκειν tanquam ſynonyma iunguntur. Verbum ſubſtantiuum והיה redundat, vt Ieſ. 7, 23. Ioel 3, 1. 5. v. *Glaſſ.* Ph. S. p. 335. ſq. Caeterum ineſt huic loco elegans proſopopoeia. Similes loci ſunt apud Tibull. 1, 7. 25. ſq. *Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres, Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui.* ad quem loc. v. *Vulp. et Broukhuſ.* et Virg. Georg. 2, 325. ſqq. Senſum bene expreſſit *Dathius*: admodum benignum me praebebo, inquit Ioua, dabo coelo optimam conſtitutionem, coeli temperies erit exoptata, terra largos fructus emittet frumenti, muſti, olei, et ſic iſta omnia Iſraelis votis reſpondebunt. — Promittitur ergo magna terrae fertilitas. v. Zach. 8, 12. *Glaſſ* Phil. S. p. 1016. 22. וזרעתיה *plantabo eum.* Vſus eſt hoc verbo propheta, ad exprimendam longam, perpetuam ac ſecuram terrae poſſeſſionem. ארץ intell. Palaeſtina. ורחמתי fauore meo rurſus ornabo populum, qui hactenus plane tutela mea deſtitutus eſſe videbatur.

CAP. III.

1 וַיֹּאמֶר יְהוָה אֵלַי עוֹד לֵךְ אֱהַב־אִשָּׁה אֲהֻבַת רֵעַ
וּמְנָאָפֶת כְּאַהֲבַת יְהוָה אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְהֵם פֹּנִים אֶל־
2 אֱלֹהִים אֲחֵרִים וְאֹהֲבֵי אֲשִׁישֵׁי עֲנָבִים׃ וָאֶכְּרֶהָ לִּי
בַּחֲמִשָּׁה

C. 3. v. 1. אֹהֶבֶת *οἱ ο'*.

Cap. III. 1. אשה omnino: puella, futura vxor, vt Gen. 29, 21. Deut. 22, 24. coll. 23. Matth. 1, 20. vbi Maria, sponsa Iosephi, vocatur *γυνὴ*, a Luca vero 2, 5. *γυνὴ αὐτῷ μεμνηστευμένη*. Verba sequentia continent explicationem vocis אשא זנונים, quae C. 1, 2. extat. Pro אהבה *quae amatur ab aliis*, (non *alio*, nam et Israelitae, vt alterum hui. v. membrum docet, plura idola colebant) legerunt *οἱ ο'* actiuum, אֹהֶבֶת, *ἀγαπῶσαν*, (*πονηρὰ*, ergo legerunt רַע, sed perperam) quae lectio sese a facilitate commendat; probauit eam etiam *Mickaelis*. ומנאפה verbum נאף h. l. notat: *adulterium commisit*, interdum et latiori sensu legitur, *libidinem exercuit*. v. Ven. *Stäudlinius* ad h. l. פנים. פנה prop. *respexit*; sed verba respiciendi habent etiam significationem *reuertendi*, vt Gen. 19, 26. Ies. 13, 14. omninoque *eundi*, Cantic. 6, 1. vbi synon. הלך, et h. l. atque, relicto tropo, sensus formulae est, *idola colere*. אשישי ענבים *οἱ ο'*, *πέμματα μετὰ σαφίδος*, astaphis, l libum, labruscis sparsum, *Rosinen-Traubenkuchen*. Cant. 2, 2. Occurrit hoc vocab. etiam 1 Chron. 16, 3. 2 Sam. 6, 19. atque haec eius significatio h. l. conuenientissima videtur. Alii vero deriuant ab Arab. أَثَّ *luxuriauit herba*, vnde אשיש *virens herba*. Sic *Doederleinius* (Curae exegett. et critt. in quaedam V. T. oracula. Altorfii 1770. 8. p. 108.) et *Bauerus*, qui posterior vertit, *sie lieben die grünen Blätter an den Trauben*. Neque silentio praetermitti potest ingeniosa satis et docta interpretatio Censoris Versionis meae vernaculae Berolinensis. Hic V. D. in auxilium vocat notionem verbi אָשַׁשׁ apud Arab. *corruptum esse*; atque sensum verborum constituit hunc: Eorum, qui relicto veri Dei cultu, idolorum cultui sese dedunt, sentiendi et agendi ratio aeque peruersa est, ac esset gustus eorum peruersus,

בַּחֲמִשָּׁה עָשָׂר כָּסֶף וְחֹמֶר שְׂעֹרִים וְלֶתֶךְ שְׂעֹרִים׃
3 וָאֹמַר אֵלֶיהָ יָמִים רַבִּים תֵּשְׁבִי לִי לֹא תִזְנִי וְלֹא תִהְיִי
4 לְאִישׁ וְגַם־אֲנִי אֵלָיִךְ׃ כִּי ׀ יָמִים רַבִּים יֵשְׁבוּ בְּנֵי
יִשְׂרָאֵל אֵין מֶלֶךְ וְאֵין שָׂר וְאֵין זֶבַח וְאֵין מַצֵּבָה וְאֵין
אֵפוֹד

versus, qui vuas corruptas libenter et cum voluptate ederent. Quaecunque vero interpretatio accipiatur, in eo saltem omnes fere consentiunt, esse partem positam pro toto, intelligi debere epulas sacrificas hominum, idola colentium, (eiusmodi enim epulas in vsu fuisse, patet ex Iudd. 9, 27. Amos. 2, 8. 1 Cor. 10, 21.) omninoque omnem idolorum cultum.

2. 3. ואכרה Hebraeos vxores emere solitos esse, tralatitium est. cf. *Michaelis* Mosaisches Recht Th. 2. §. 85. כָּרָה comparauit, vt كرا in Coniug. VI. et VIII. sed conduxit, emit, in Coniug. X. כֶּסֶף, supple שֶׁקֶל. *Siclus* autem, auctore *Eisenschmidio*, (libell. de Mensuris et Ponderibus Hebr.) erat aequalis floreno Saxonico; ex *Michaelis* vero computatione, 6 grossis Saxonicis. v. *Rosenmüllerus* V. Cl. ad Exod. 30, 13. חמר mensura aridorum. Continet *Chomer*, qui a *Coro* differt, decem Ephas; *Laetaech* vero, vox ἅπαξ λεγομένη, quinque Ephas. Faciunt ergo Chomer hordei et Laetaech hordei XV. Ephas. Ven. *Vbland* ad h. l. תשבי, ישב manere, commorari. 2 Regg. 2, 4. Gen. 19, 30. Iudd. 6, 18. Sic καθίζειν Luc. 24, 49. Act. 18, 11. וגם positum pro וְלֹא גַם אֲנִי אֵלַיִךְ אבוא neque ego tecum rem habebo.

4. Sequitur iam imaginis expositio. ואין שר sine magistratu. Omnis reipublicae forma peribit. ואין זבח sine sacrificiis. Intelliguntur sacrificia, tam Deo, quam idolis oblata, ob imaginem quae v. 3. praecessit. ואין מצבה *et sine statuis*, scil. idolorum, columnis, idolis dicatis. 1 Regg. 14, 23. אפוד recte οἱ ό transtulerunt ἱερατείας. Significat prop. amiculum, quod non tantum pontifex, sed reliqui quoque sacerdotes gestarent. v. *Braun.* de Vestitu Sacerd. Hebr. L. 2. c. 6. §. 433. h. l. sacerdotium ipsum notat. תרפים *dii penates*, *lares*, a quibus Hebraeorum vett. superstitio omnis generis bona, foecunditatem agrorum, matrimonii etc. exspectabat. Gen,

5 אֵפוֹד וּתְרָפִים׃ אַחַר יָשֻׁבוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וּבִקְשׁוּ אֶת־
יְהוָה אֱלֹהֵיהֶם וְאֵת דָּוִד מַלְכָּם וּפָחֲדוּ אֶל־יְהוָה וְאֶל־
טוּבוֹ בְּאַחֲרִית הַיָּמִים׃

CAP. IV.

31, 19. Zachar. 10, 2. coll. v. 1. 1 Sam. 19, 14. cf. *Roſenmüllerus* ad Gen. 31, 19. h. l. ſpecies pro genere, *idola quaecunque*, inde et Symmach. Iudd. 17, 5. et οἱ ο' Gen. l. c. hoc vocabulum ſimpliciter red-diderunt εἴδωλα. Senſus ergo eſt: cultus diuinus, (tam legitimus et verus, quam illegitimus et falſus,) ceſſabit; neque Deum, neque deos Iſraelitae exules colere rite poterunt.

5. In verbo ישבו nulla emphaſis quaerenda; coniunctum cum בקש ſimpl. reddendum, *rurſus quaerent*. Sed vario modo prophetae verba explicari poſſunt. Nimirum vel, deſiderabunt Iouam, i. e. Iovae auxilium, et Dauidem regem, h. e. tempus illud, quo, Dauide regnante, bello et pace felices erant, et vt iterum ſors illis felix reuireſcat, Iovam colent; vel, implorabunt auxilium Iouae (hoc ſenſu בקש occurrit infra 5, 15.) et quaerent ſibi regem Dauidem, i. e. Dauidi ſimilem, vt adeo בקש duplici ſenſu legatur, cf. 1, 2. et intelligatur Serubabel. Prior tamen interpretandi ratio nobis magis arridet. Longe alio modo, nec ſcio tamen, quod pace eius dixerim, an ſatis feliciter, expoſuit verba noſtra Ven. *Henſlerus*: (Animaduerſſ. in quaedam XII. prophetarum loca,) intelligit enim honorem, Dauidi exhibendum, de veri Dei cultu, apud Iſraelitas, ab exilio reduces, inſtaurando. Rex ille, inquit, praeclare meruerat de publico numinis cultu melius conſtituendo, ita, vt reuerſus e regionibus exteris populus, feruenti in Iouam pietate nobilis, ad Dauidis inſtituta ſeſe conformare, eumque adeo ſuſpicere recte dici poſſet. Alii per Dauidem, regem, intelligunt Meſſiam, qui tamen nimis remotus videtur. פחד propr. quidem, timuit; h. l. idem, quod ירא coluit, veneratus eſt. cf. de hoc verbi vſu *Koppius* ad Epheſ. 6, 5. et Excurſ. IV. ad Gal. p. 98. טובו abſtractum pro concreto: dator, largitor felicitatis, vt Ion. 2, 9. חסד. Verba vltima באחרית הימים referenda ſunt ad proxime antecedentia; Deum colent, qui eos, finito exilio, vltimis temporibus, tandem felices reddet.

C A P. IV.

1 שִׁמְעוּ דְבַר־יְהוָה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל כִּי רִיב לַיהוָה עִם־
יֹשְׁבֵי הָאָרֶץ כִּי אֵין־אֱמֶת וְאֵין־חֶסֶד וְאֵין־דַּעַת אֱלֹהִים
2 בָּאָרֶץ׃ אָלֹה וְכַחֵשׁ וְרָצֹחַ וְגָנֹב וְנָאֹף פָּרָצוּ וְדָמִים
בְּדָמִים

Cap. IV. Interregni tempore, eam, quae nunc ſequitur, orationem habitam eſſe, admodum veriſimile eſt. Etenim ſcelera illa, quae v. 2. commemorantur, apprime tempori illi conueniunt; alloquitur praeterea propheta populum, etiam ſacerdotes, ſed regis nulla prorſus mentio fit: et iteratae caedes, quae v. 2. reprehenduntur, non niſi de bellis ciuilibus commode explicari poſſunt. — — Arguit autem Hoſeas varii generis flagitia, tunc temporis vſitata, atque poenas minatur; reprehendit vero etiam inprimis ſacerdotes, populi ſeductores, atque his quoque exitium annunciat, 1 — 11. — 1. 2. ″שמעו exordium facit ad excitandam auditorum attentionem. ″ריב οἱ ο′, κρίσις, Vulg. *iudicium.* Ionae eſt lis cum incolis, litigat cum iis, i. e. puniet eos. cf. Ieſ. 3, 13. אין אמת rara fides, 2 Theſſ. 3, 2. ȣ γὰρ πάντων ἡ πίςις, Synon. אלה וכחש v. 2. חסד probitas, Rechtſchaffenheit. ″דעת pietas in Deum, vid. ad 6, 6.

″אלה. Infinitiui vim habent Subſtantiuorum. Sed אלה h. l. eſt, *peierauit*, ſic etiam ſubſtantiv. אלה *periurium* Pſ. 10, 7. etſi interdum in bonam partem, de iuramento legitimo occurrat. Gen. 26, 28. כחש omnis generis fraudes ſignificat. ″פרצו. Verbum פרץ propr. quidem notat, *perrumpere, impedimenta remouere*, Pſ. 89, 41. vnde de fluuiis exundantibus et inundantibus, Iob. 28, 4. deinde vero ſenſu improprio, *officia perrumpere, violare*, vt Ez. 18, 20. בן־פריץ filius inobediens; atque ita h. l. *omne ius et fas violant.* ″ודמים bene *Dathius*: „caedium nullum finem faciunt," quibus verbis reſpexit propheta bella ciuilia, tumultus, latrocinia etc. tempore interregni. Caeterum pertinet huc locus Lucan. Pharſ. II, 9. a Ven. *Stäudlinio* ad h. l. laudatus: — — *lateque vagatur Enſis, et a nullo reuocatum eſt pectore ferrum. Stat cruor in templis; multaque rubentia caede Lubrica ſaepe madent.*

בְּדָמִים נָגָעוּ׃ עַל־כֵּן ׀ תֶּאֱבַל הָאָרֶץ וְאֻמְלַל כָּל־יוֹשֵׁב 3
בָּהּ בְּחַיַּת הַשָּׂדֶה וּבְעוֹף הַשָּׁמָיִם וְגַם־דְּגֵי הַיָּם יֵאָסֵפוּ׃
אַךְ אִישׁ אַל־יָרֵב וְאַל־יוֹכַח אִישׁ וְעַמְּךָ כִּמְרִיבֵי כֹהֵן׃ 4
וְכָשַׁלְתָּ

3. *Terra vaſtabitur.* Hanc notionem Hoſeas poetice propoſuit, patria luget, et vt hanc notionem plane exhauriret, atque imago ipſa omnibus numeris et partibus abſoluta appareret, lugentes introduxit quoque piſces, aues, et beſtias agri. Similes loci Ioel 1, 10. Ieſ. 33, 9. Virg. Georg. I, 507. *ſqualent abductis arua colonis.* אמלל languebant, vt Ieſ. 19, 8. אמל in lingua Arab. propr. *ſole aduri*, deinde per metonym. *languidum, miſerum eſſe*, vt h. l. "בחית *tum* beſtiae agri, *tum* aues coeli. v. *Glaſſius* Ph. S. p. 584.

4. Locus parallelus eſt c. 7, 2. "איש *nemo alterum reprehendit*, i. e. adeo ſunt flagitiis dediti, vt neutiquam ſentiant, ſe ſuis flagitiis ſibi perniciem interitumque contrahere, vt non cogitent, me eſſe impietatis ipſorum vindicem; omnis pietas e regione exulat. Verba ירב et יוכח ſunt idem valentia. Pro ועמך οἱ ο΄ legunt, ועמי *populus meus.* Sed Ven. *Stäudlinus* legendum eſſe ſtatuit ועם et pronomen ךָ librariorum incuria in textum irrepſiſſe cenſet. Equidem ſequor Ill. *Eichhornium*, qui in Biblioth. der Bibl. Litteratur B. 2. St. 2. S. 724.) rectiſſime iudicauit, retinendam eſſe vulgarem lectionem ועמך, cum Hoſeae nihil frequentius ſit hac ipſa perſonarum mutatione. Ergo ועמך *populus tuus*, nempe o Hoſea! loquens enim inducitur Deus. "כמריבי Vulg. *populus enim tuus ſicut hi, qui contradicunt ſacerdoti.* Chald. *populus tuus rixatur cum ſacerdotibus*, neglexit igitur כ פ״ר. Scil. ante כהן ſupplendum eſt עם; ſed repugnare atque opponere ſeſe ſacerdoti grauiſſimum crimen erat. v. Deut. 17, 12. Eſt igitur ſpecies pro genere poſita, atque omnino homines cum maxime perditi et flagitioſi ſignificantur. Similis formula infra occurrit. 5, 10. Caeterum *Michaelis* Bibl. Or. T. 5. p. 145. legendum eſſe praecipit כְּמְרִיבִי hoc ſenſu: *nam tuus o ſacerdos! populus mecum litigat*; ſine idonea cauſſa.

5. 6. Culpae ſubiungitur poena. וכשלת *quare corrues.* Neutiquam id poteſt referri ad ſacer-

5 וְכָשַׁלְתָּ הַיּוֹם וְכָשַׁל גַּם־נָבִיא עִמְּךָ לָיְלָה וְדָמִיתִי
6 אִמֶּךָ׃ נִדְמוּ עַמִּי מִבְּלִי הַדָּעַת כִּי אַתָּה הַדַּעַת מָאַסְתָּ
וְאֶמְאָסְאךָ

sacerdotem, sed referri debet ad populum; de huius enim, non de sacerdotum impietate v. 4. extr. sermo erat. כשל *corruit*, h. l. *infelix fuit*, vt Ps. 27, 2. vbi iungitur τῷ נפל. H. l. respondet ei דמה v. 6. Sic πίπτειν 1 Cor. 10, 12. היום־לילה *die et nocte* diei, i. e. vno eodemque tempore. נביא collectiue positum, *falsi prophetae*, qui populo impio laeta et prospera quaeuis, proprii commodi caussa, vaticinarentur. Sed per hos *falsos prophetas* equidem *inprimis* intelligerem sacerdotes. Vocabulum anterum ipsum כהן, v. 4. extr. adhibitum, Hoseae iam occasionem praebet *de sacerdotibus* verba nunc quoque faciendi, eorumque varii generis flagitia (incitabant ad idolorum cultum populum, v. 8. negligebant Dei veri cultum, v. 6. laeta ominabantur, cum veri prophetae tristia minarentur v. 5. coll. 9, 7. et v. 8. coll. 6, 9.) more suo, i. e. strictim et breuiter proferendi ac perstringendi. Esse enim in seqq. sermonem de sacerdotibus, praeter alia docet ipsum voc. כהן, quod v. 9. legitur. Vsus autem est propheta noster vocabulo נביא non כהן, partim, quoniam nunc omnino doctoribus populi, (h. e. prophetis, proprie sic dictis, et sacerdotibus, poenam annunciare vult, vt adeo נביא sit vocabulum generale; partim, quoniam v. 4. extr. honorificam τοῦ כהן mentionem fecerat. דמה significationem *exscindendi* habet, vt 10, 15. 12, 11. v. *Michaelis* Supplemm. ad Lexx. Hebr. p. 447. Sub matre (אמך) recte Ven. *Henslerus* intelligit μητρόπολιν, *Samariam*, vel *Iesreelem*, quae per aliquod tempus regni caput fuit. v. ad 1, 4. דעת v. supra v. 1. אתה referunt alii ad populum et subintelligunt עמי, atque כהן sensu latiori accipiunt, *ministrare Deo*, *Dei amicum esse*, 2 Sam. 8, 18. coll. 1 Chron. 18, 17. (De vario huius verbi vsu accurate disputarunt *Michaelis* Colleg. Crit. S. 572. et S. V. *Tittmannus* Progr. de Notione sacerdotis in Epist. ad Hebr. Viteb. 1783. 4.) Sed cum verbum כהן vsitatius de munere publico inprimisque sacerdotali vsurpetur, cum in seqq. de sacerdotibus sermo sit, et hoc ipso sensu כהן v. 4 et 9. occurrat; verbum כהן h. l. mallem de *ministerio sacerdotali* accipere, et apud אתה intelli-

וְאֶמְאָסְאךָ מִכַּהֵן לִי וַתִּשְׁכַּח תּוֹרַת אֱלֹהֶיךָ אֶשְׁכַּח
בָּנֶיךָ גַּם־אָנִי׃ כְּרֻבָּם כֵּן חָטְאוּ־לִי כְּבוֹדָם בְּקָלוֹן 7
אָמִיר׃ חַטַּאת עַמִּי יֹאכֵלוּ וְאֶל־עֲוֺנָם יִשְׂאוּ נַפְשָׁם׃ 8
וְהָיָה כָעָם כַּכֹּהֵן וּפָקַדְתִּי עָלָיו דְּרָכָיו וּמַעֲלָלָיו אָשִׁיב 9
לוֹ׃

Cap: 4. v. 8. Vulgo נַפְשׁוֹ.

intelligere כהן, vel etiam נביא. "אשכח *obliuiscar filiorum tuorum*, i. e. eos repudiabo, non erunt sacerdotes. Post excidium decem tribuum, animaduertente *Vhlandio* ad h. l. sacerdotium a Ieroboamo institutum, in Israele nunquam est restitutum.

7 — 10. "כרבם, כ non tantum est qualitatis et similitudinis, sed etiam magnitudinis et qualitatis index. v. *Noldius* in Concordantt. Particc. Hebr. s. v. כ n. 11 et 21. atque sequente כן exprimi debet, *quanto magis — tanto magis*. Concinnitas postulat, vt de auctoritate, de potentia vocem explicemus: *quanto magis auctoritate pollent, tanto magis peccant.* Sequitur enim "כבודם בקלון, atque in lingua Syrorum ܐܬܪܘܪܒ significat: *principatum gessit*, et Arab. رَبَّ *praefuit, princeps fuit, auctoritatem exercuit.* 8. "חטאת. In promtu est, cum יאכלו additum legatur, חטאת positum esse elliptice pro זבח חטאת, vt ἁμαρτία 2 Cor. 5, 21. ad quem locum cf. Ven. *Rosenmülleri* Scholia in N. T. H. l. intelliguntur victimae, quas populus *idolis* offerebat, quae hanc eandem ob caussam *hoc nomine* insigniuntur. Incitabant ergo illi sacerdotes populum ad idolorum cultum, vt ex sacrificiis laute et opipare viuere possent. "ואל *et peccata eorum desiderant*, auide cupiunt, vt ardenter idola colant. עונם eodem sensu accipio, quo initio vers. חטאת עמי. Sed formula נשא נפשו notat: *desiderare, auide cupere*, vt Ps. 24, 4. 86, 4. 142, 8. Pro נפשו autem cum omnibus verss. antiqq. et pluribus Codd. quos ad h. l. laudauit *de Rossi*, legendum est נפשם.

9. "והיה. כ, cum sequatur כ, latine reddi debet *vti — ita*. Sensus: eadem sors erit populi, quae sacerdotis. Alii: vti populus, ita sacerdos est. Paulo languidius. שוב in coniugat. Hiphilica idem esse, quod שלם, et respondere graeco ἀπο-

10 לוֹ׃ וְאָכְלוּ וְלֹא יִשְׂבָּעוּ הִזְנוּ וְלֹא יִפְרֹצוּ כִּי־אֶת־יְהוָה
11 עָזְבוּ לִשְׁמֹר׃ זְנוּת וְיַיִן וְתִירוֹשׁ יִקַּח־לֵב עַמִּי׃
12 בְּעֵצוֹ יִשְׁאָל וּמַקְלוֹ יַגִּיד לוֹ כִּי רוּחַ זְנוּנִים הִתְעָה וַיִּזְנוּ
מִתַּחַת

ἀποδιδόναι rependere, retribuere, notum est. Cf. Pſ. 62, 13. coll. Prov. 24, 12. Rom. 2, 6. ״ואכלו *comedent*, nempe de victimis, quas populus idolis offert, *nec ſaturabuntur*; inopia ſcil. et ſumma paupertas eorum ſors erit. Eſſe autem haec verba de ſacerdotibus, quorum v. 8. mentio facta erat, explicanda, extra omnem dubitationem poſitum eſt. ״הזנו *ſcortantur* et ſcortationem, fidam idololatriae illis temporibus comitem, promouent, ergo, *ſobole carebunt*. His omnibus non niſi hoc ſignificatur: triſtis eos ſors manet. Haec eſt notio vniuerſalis, quam poeta in partes eundo propoſuit. Rectiſſime autem *Vblandius* animaduertit, non reſpici defectum ſobolis *e ſcortis*, ſed *ex legitimis vxoribus*. Orbitas autem liberorum in populo Iſraelitico opprobrio erat, Leuit. 20, 20. 21. Ier. 22, 30. vti larga ſoboles ad beneficia maxima referri ſolebat. פרץ etiam de larga ſobole adhibetur Gen. 28, 14. Iob. 1, 10. Ieſ. 54, 3. יהוה Iouae praecepta.

11 — 19. Noua ſectio. — Iſraelitae cum idolorum cultu coniungebant libidinis exercitium, inprimiſque diebus feſtis, quos in idolorum honorem celebrabant, laſciuiae ſeſe dedere ſolebant. Haec igitur populi flagitia propheta nunc perſtringit, atque hac in re ita quidem verſatur, vt gnomen, ſ. breuem ſententiam, praemittat, quam vberius deinceps explanet. ״ויין *vinum et muſtum*, i. e. ebrietas, temulentia. יקח־לב *abſtulit*, corrupit mentem *populi mei*; עמי enim ad v. 11. referendum. Sed לב eſt *mens*, *animus*, vt Ier. 5, 21. quo ſenſu etiam Latini vtuntur voce *cor*.

12. ״בעצו *lignum ſuum conſulit*, ſcil. populus. שאל conſuluit oraculum. Deut. 18, 11. Non autem per עץ equidem intelligerem *idolum ligneum*; ſed עצו idem eſſe videtur, quod ſequens מקלו. — ״ומקלו *a baculo ſibi oraculum expetit*, ſein Stab ſoll ihm der Zukunft Dunkel enthüllen. Reſpicitur illud diuinationis genus, quod Graeci *ξυλομαντίαν*, vel *ῥαβδομαντίαν*, (diuinationem ex baculis,) vel *βελομαντίαν* (diuinationem e ſagittis) vocabant.

13 מִתַּחַת אֱלֹהֵיהֶם׃ עַל־רָאשֵׁי הֶהָרִים יְזַבֵּחוּ וְעַל־
הַגְּבָעוֹת יְקַטֵּרוּ תַּחַת אַלּוֹן וְלִבְנֶה וְאֵלָה כִּי־טוֹב צִלָּהּ
14 עַל־כֵּן תִּזְנֶינָה בְּנוֹתֵיכֶם וְכַלּוֹתֵיכֶם תְּנָאַפְנָה׃ לֹא־
אֶפְקוֹד

bant. Sagittas nempe, vel baculos in sorte peragenda sacculo indebant, eosque probe concussos singulatim educebant. *Hieronymus* ad Ezech. 21, 26. ita: „ritu gentis suae (Nebucadnezar) oraculum consulet, vt mittat sagittas suas in pharetram, et commisceat eas inscriptas, siue signatas nominibus singulorum, vt videat, cuius sagitta exeat, et quam prius ciuitatem debeat oppugnare.“ — — Cf. de hoc diuinationis genere praeter *Schnurrerum* in Diss. Philologico-Critt. p. 55. et quos ibi laudauit, *Rosenmüllerus* in Schol. ad Deut. 18, 10. *Potterus* Archaeol. 2, 16. p. 324. *Lindenbrog.* ad Ammian. Marcell. p. 78. *Gale* ad Iamblich. de Mysteriis Aegypt. p. 238. sq. *Mich. Liberanz* Diatribe de Magia Baculorum. Lips. 1661. *Gerhard.* Diss. de Rhabdomantia. Lips. 1700. *Hetzel.* ad Ezech. 21, 21. כי affirmantis, *profecto, utique.* רוח est h. l. Graec. ὁρμή, libido, impetus, flagrans cupido, Num. 5, 14. "מתחת *vt neglecto Deo suo alienos colat.* Phrasis, inquit *Vhlandius*, vt bene ex Kimchio annotat Schmidius, e re matrimoniali desumta est, in qua vxor *sub marito*, seu domino suo est. — Inde ὕπανδρος Rom. 7, 2. — 13. "על *in verticibus montium.* Vertices altos montium veterum superstitio, vtpote sedi et domicilio Numinis propiores, sanctos habebat; inde crebra in literis sacris commemoratio sacrificiorum, in verticibus montium oblatorum, (contra disertum mandatum diuinum Deut. 12, 1—6.) inde et ipsa formula *montes Dei* illustranda videtur. קטר idem quod זבח. לבנה est *storax*, Arab. لبني. אלה *terebinthus*, Ies. 6, 3. Sic etiam vertunt *οἱ ό*, et Vulg. Gen. 35, 4. "כי *nam egregiam vmbram praebent.* Israelitae festa sua solennia, quae in idolorum honorem instituebant, peragebant in montibus et campis, late patentibus, qui sua amoenitate, grata vmbra et viriditate homines ad hilaritatem voluptatemque quasi inuitarent. "על ideo filiae et nurus vestrae pudicitiam suam prostituunt. Haec ipsa loca vmbrosa

אֶפְקוֹד עַל־בְּנוֹתֵיכֶם כִּי תִזְנֶינָה וְעַל־כַּלּוֹתֵיכֶם כִּי
תְנָאַפְנָה כִּי־הֵם עִם־הַזֹּנוֹת יְפָרֵדוּ וְעִם־הַקְּדֵשׁוֹת
15 יְזַבֵּחוּ וְעָם לֹא־יָבִין יִלָּבֵט׃ אִם־זֹנֶה אַתָּה יִשְׂרָאֵל
אַל־יֶאְשַׁם יְהוּדָה וְאַל־תָּבֹאוּ הַגִּלְגָּל וְאַל־תַּעֲלוּ בֵּית

vmbrosa atque opaca, et campi, late patentes, largam iis occasionem praebent libidinis exercendae. 14. לא positum est pro הלא nonne? vt saepius. Sensus: nonne filias et nurus vestras puniam? Sane puniam eas! sed vos ipsi, earundem mariti et patres, adulteria committitis; ergo non illas tantum, sed vniuersum populum grauissime puniam. Oratio, grauitatis plena! כי הם *sed ipsi*, nempe patres et mariti. יפרדו secedunt, recedunt in lucos opacos cum meretricibus, ibique libidini indulgent. יזבחו *cum prostibulis sacrificant*, sacrificiis, (epulis sacrificis) intersunt. הקדשות, h. e. feminae, quae in idolorum honorem corpore suo quaestum faciebant, v. Cl. *Rosenmüllerus* ad Gen. 38, 21. ועם ideo populus amens. (vid. v. 11.). ילבט prosternetur, delebitur, لبط *in terram coniecit, prostrauit*, cf. *Schultens.* ad Prov. 10, 8.

15 — 19. His ita dictis alloquitur vates Iudaeos, eosque cohortatur, nolint Israelitas, plane perditos et corruptos, imitari, atque sic sibi vna cum iis perniciem contrahere. אל־תבאו *ne eatis!* vos nimirum Iudaei. הגלגל *Gilgal*, locus in confiniis tribus Beniamin et Ephraim, vbi inprimis vitulorum cultus florebat. בית און (h. e. domus iniquitatis, sedes idolorum) idem oppidum est, quod alias vocatur בית־אל *Bethel* (domus Dei). v. Amos 4, 4. 5, 5. Per contemtum Hoseas *Bethel*, vbi quoque vitulorum cultus viguit, nominauit *Bethauen*. Hieronymus: *Bethauen est Bethel, et quae prius vocabatur domus Dei, postquam vituli in ea positi sunt, appellata est Bethauen.* Recenseri quidem, monuit ad h. l. Ven. *Vhlandius*, iam ante Ieroboami I. tempora, Bethel et Bethauen tanquam vrbes diuersas; Ios. 7, 2. 18, 12. 13. 1 Sam. 13, 5. Sed cum Ieroboamus erexerit vitulum Bethele, longe verisimilius esse, Hoseam, dum Bethauen nominet, per antonomosiam Bethelem intelligere, ob moscholatriam, ibi introductam. Caeterum *ire Gilga-*

16 אָוֶן וְאַל־תִּשָּׁבְעוּ חַי־יְהוָה׃ כִּי כְּפָרָה סֹרֵרָה סָרַר
17 יִשְׂרָאֵל עַתָּה יִרְעֵם יְהוָה כְּכֶבֶשׂ בַּמֶּרְחָב׃ חֲבוּר
18 עֲצַבִּים אֶפְרָיִם הַנַּח־לוֹ׃ סָר סָבְאָם הַזְנֵה הִזְנוּ
אָהֲבוּ.

lam et Bethauen, eſt: idola colere. "ואל־תשבעו *nolite iurare per Iouam*; ſpecies pro genere, cf. Zeph. 1, 5. Ier. 4, 2. nolite cum Iouae cultu cultum idolorum coniungere. Ita praeclare b. *Dathius*, qui *Vau* diſiunctiue, atque verba prophetae hunc in modum explicat: aut *non veniatis in ſocietatem iſtius cultus idololatrici*, aut *Iouam omnino non, vt Deum, quem colatis, profiteamini.*

16. Deum vitulo aſſimilarunt; at ipſi tales ſunt, nempe quoad contumaciam, mentem refractariam et iugi impatientem. *Dathius.* "כפרה *ſicut vacca refractaria.* סרר prop. refractarius fuit; deinde omnino malus, improbus fuit, vt Ieſ. 1, 23. Reſpondet Arab. شَرَّ. v. Caſtelli Lex. Heptagl. p. 3830. "עתה *itaque paſcet eos Ioua agnorum inſtar in campis, late patentibus.* Ineſt his verbis ſarcaſmus. Agni quidem amant late paſcere; Ioua Iſraelitas e patria expellet, alienas regiones (Aſſyriae) incolent, et refractarii ante, reſipiſcent. 17. "חבור *coniuncti ſunt Ephraimitae* (Iſraelitae) *cum idolis*, h. e. Iſraelitae ita ſunt idolorum cultui dediti, vt abſtrahi ab eo nullo pacto poſſint. עצבים idola. Iob. 10, 8. "הנח mitte eos! concede iis inſaniam ſuam. Plerique interpretes in hoc verſu verba Dei, vel prophetae ad Iudaeos eſſe exiſtimant, eaque ſic exponunt: quoniam Ephraimitae toti ſunt in idolorum cultu, ideo vos, Iudaei, nolite eorum impietatis participes fieri. Sed ſic deſidero accuratam verborum prophetae cohaerentiam. Alloquitur potius Deus prophetam ipſum, cuius oratio nunc ad finem vergit. Noli amplius Iſraelitas pertinaces et plane perditos fruſtra admonere, temeritatis ſuae mercedem reportaturos.

18. Ante סר ſupplendum אם, ſi remotum eſt vinum, compotatione finita. סבא id. quod יין. Ieſ. 1, 22. מגן h. l. *vmbra.* Scilicet Hoſeas in eo eſt, vt idolorum cultum per partes breuiter deſcribat breviterque ea repetat, quae ſupra vberius dixerat. Quare v. 17. ſententiam vniuerſalem prae-

19 אָהֲבוּ קָלוֹן מָגִנֶּיהָ׃ צָרַר רוּחַ אוֹתָהּ בִּכְנָפֶיהָ וְיֵבֹשׁוּ
מִזִּבְחוֹתָם׃

C. 4. v. 18. vulgo אָהֲבוּ הֵבוּ

praemittit hanc: Iſraelitae idolorum cultui dediti ſunt. Quo vero modo idola colant, docet v. 18. ſi finita eſt compotatio, libidinem exercent. Iam, vt deſcriptio omnibus numeris et partibus abſoluta eſſet, neceſſe erat, vt etiam loci, libidini dicati, commemorarentur. Erant luci vmbratiles. Itaque propheta addit: *amant vmbram probroſam*, quod poetice dictum eſt, pro: amant lucos, in quibus turpia et nefanda facinora committunt, libidini indulgent. Itaque מגן eſt *vmbra*, et quidem ex vſu loquendi Syrorum, qui τῷ ܐܛܠ ita vtuntur, vt ſignificet: *obumbrauit*, v. c. Act. 5, 15. vbi ἐπισκιάσῃ Syrus expreſſit per ܛܠܠ. Sic equidem hunc locum intelligo. Alii מגן explicant *principes*, alii *idola*, vt Syrus, qui vertit, *amauerunt ignominiam et idola*; alii aliter. Caeterum הבו quod nullus antiquiorum interpretum expreſſit, et in multis quoque codd. (quanquam horum non magna eſſe poteſt auctoritas,) deeſt, omnino deleri debet, cum haud dubie ſcribarum vitio et negligentia in textum irrepſerit. 19. "צרר *ventus eos, velut alis ſuis correptos, auferet.* Ita *Grotius* et *Dathius*. Celerrime auferetur populus in regiones longe remotas, neque hanc triſtem ſortem effugiet. Pſ. 18, 11. 104, 3. 139, 9. Graeci quoque et Romani vento alas tribuunt. Similis caeteroquin imago eſt Pſ. 1, 4. et infra 13, 3. vbi v. notata. "ויבשו *tunc eos ſacrificiorum ſuorum*, i. e. cultus idolorum, *pudebit*, intelligent, pudore tacti, quantopere iis detrimento fuerit.

CAP. V.

1 שִׁמְעוּ־זֹאת הַכֹּהֲנִים וְהַקְשִׁיבוּ ׀ בֵּית יִשְׂרָאֵל וּבֵית
הַמֶּלֶךְ הַאֲזִינוּ כִּי לָכֶם הַמִּשְׁפָּט כִּי־פַח הֱיִיתֶם לְמִצְפָּה
וְרֶשֶׁת

Cap. V. Interpretes nonnulli huius capitis partem priorem, nimirum vsque ad v. 7. vel etiam 10. cum cap. 4. coniungunt; repugnante tamen ipsa orationis serie. Etenim initio cap. 4. commemorantur Israelitae in vniversum, deinde sacerdotes v. 5. et populus v. 12. in specie; non autem regis familia nominatim inducitur, quod factum est capite 5. vnde facile patet, non continuari sermonem, cap. 4. coeptum. Praeterea cap. 4, 15. monuerat propheta Iudaeos, nollent Israelitas, plane perditos, imitari, sed cap. 5, 5. Iudaei etiam, tanquam flagitiosi, proponuntur, et iis quoque poena denunciatur. Itaque capite 5. omnino aliam eandemque ab illa capitis 4. diversam orationem legimus. Quo vero tempore habuerit eam propheta, quaeue tempora spectauerit, in eo interpretes dissentiunt. Plerique eam ad Menahemi, regis Israelitarum, et Ahasi, regis Iudaeorum, tempora referunt. Cum vero Ahasus post Menahemum vixerit regnaueritque, (Vsiae enim, vel Iothami temporibus ea, qume hic de Iudaeis dicit Hoseas, neutiquam conueniunt,) hanc difficultatem ita remouere student, vt dicant, prophetam prophetice de Iudaeis loqui, eum *diversa* tempora vtriusque regni *vno* sermone complecti. Sed sic difficultates non tolluntur, imo augentur. — — Equidem igitur assentior iis, qui hanc orationem, Pekaho regnante, et quidem cum expeditionem infelicem, coniunctus cum Rezino, Syriae rege, contra Iudaeos, quibus Ahasus, rex, praeerat, suscepisset, recitatam esse existimant. Quam praeclare his temporibus omnia conueniant, ex ipsa huius capitis interpretatione apparebit. — Initio capitis, vsque ad v. 7. vtrique Hebraeorum reipublicae, ob insigne idololatriae studium, interitus annunciatur, et quidem certissimus, qui nullis sacrificiis (v. 7.) remoueri possit. De hoc interitu, vtrique regno imminente, vberius dicere pergit poeta inde a v. 8. Israelitae et Iudaei ipsi vires suas consumunt, sensim sensimque

2 וְרֶשֶׁת פְּרוּשָׂה עַל־תָּבוֹר׃ וְשַׁחֲטָה שֵׂטִים הֶעְמִיקוּ
3 וַאֲנִי מוּסָר לְכֻלָּם׃ אֲנִי יָדַעְתִּי אֶפְרַיִם וְיִשְׂרָאֵל לֹא־
נִכְחַד

ſimque ipſi ruinam patriae propius admouent, (v. 12.) euertetur tandem reſpublica, ſubito, inopinato, et ita, vt interitus auerti nullo pacto poſſit (v. 14. ſq). Accelerabat autem interitum reipublicae bellum ciuile, iam inter Iſraelitas et Iudaeos ortum, cuius infelicem exitum hic propheta praedicit. — 1. זאת. quod nimirum ſequitur. Ita et זאת Mich. 3, 9. etc. "בית *regis familia*, i. e. rex eiuſque amici. "כי *vobis iudicia diuina indicenda ſunt*, vt *Dathius* bene verborum ſenſum expreſſit. *Theodoretus:* πάντας ὑμᾶς ἐπὶ τὴν ἐμὴν ἄξω κρίσιν. "כי־פח. Pertinent haec verba ad ſacerdotes et regem eiuſque amicos, quod haud ambigue innuere videntur verba vltima v. 3. (inprimis τὸ כלם). Verbis autem tropicis פח et רשת *laqueus — rete*, non niſi hoc ſignificatur: vos ſacerdotes, rex et amici regis ſeductores eſtis populi Iſraelitici. In nominibus *Mizpa* et *Thabor* non eſt argutandum; commemorantur pro quouis loco montano, ad venationem apto idoneoque. *Mizpa* erat regio montana trans Iordanem, Iudd. 10, 7. 11, 11. 29. et *Tabor* erat mons in Galilaea, ſitus in campeſtribus.

2. "ושחטה verbum de verbo: *et mactare declinationes profundas fecerunt*. Sed infinitiuus Kal cum ה paragogico שחטה (vt אהבה Deut. 19, 9.) reddi debet mactando, i. e. ſacrificando idolis; quo ſenſu legitur Ezech. 23, 39. שטים העמיקו *declinationes profundas fecerunt*, h. e. valde, grauiſſime declinarunt, peccarunt, ſummo ſtudio idolorum cultui indulgent, *ſie ſind Erzgötzendiener*, vt recte vertit Ill. *Hetzel*. Caeterum ſimiles loci ſunt Ieſ. 31, 6. Hoſ. 9, 9. מוסר *ego ipſos puniam*, מוסר poena, Ieſ. 53, 5. Ier. 30, 14. abſtractum pro concreto.

3. 4. לא־נכחד *me non latet*, h. e. planiſſime noui. Scriptores enim ſacri non minus, quam profani ea deminutionis figura vtuntur, vt ponant verba contraria eorum, quae declarare velint, iiſque adiungant particulas, quae vim negandi habeant. v. Cel. *Fiſcheri* Proluſſ. p. 567. Ergo: *me non latent eorum peccata, noui ea*, i. e. certiſſime puniam. "הזנית vos Ephraimitae ſcortamini et ad ſcortationem ſeducitis

נִכְחַד מִמֶּנִּי כִּי עַתָּה הִזְנֵיתָ אֶפְרַיִם נִטְמָא יִשְׂרָאֵל׃
לֹא יִתְּנוּ מַעַלְלֵיהֶם לָשׁוּב אֶל־אֱלֹהֵיהֶם כִּי רוּחַ זְנוּנִים 4
בְּקִרְבָּם וְאֶת־יְהוָה לֹא יָדָעוּ׃ וְעָנָה גְאוֹן־יִשְׂרָאֵל 5
בְּפָנָיו וְיִשְׂרָאֵל וְאֶפְרַיִם יִכָּשְׁלוּ בַּעֲוֺנָם כָּשַׁל גַּם־יְהוּדָה
עִמָּם׃ בְּצֹאנָם וּבִבְקָרָם יֵלְכוּ לְבַקֵּשׁ אֶת־יְהוָה וְלֹא 6
יִמְצָאוּ

ducitis, reliquos nimirum Israelitas. Praeteritum autem Hiph. vt recte monent interpretes, habet vim Aoristi. Sed *scortari*, vt et *pollutum esse* (נטמא" *pollutus est Israel*) notat: *idola colere*. 4. נתן concedere, permittere, vt Num. 21, 23. Pſ. 56, 23. Sic διδόναι Aelian. H. V. 12, 47. Marc. 10, 37. etc. מעלליהם facinora ipsorum praua, viuendi ratio peruersa. 4, 9. שוב verbum proprium de iis, qui, idolorum cultu relicto, ad Dei veri cultum redeunt, omninoque malam viuendi rationem deserunt, et resipiscunt. "רוח vid. not. ad 4, 12. extr. בקרבם ἐν μέσῳ αὐτῶν, inter eos est, inuasit eos libido idola colendi, flagrant cupiditate idola colendi, der Geist der Abgötterey, die Neigung dazu, beseelt sie ganz, ideo non resipiscunt, "לא ידעו nec colunt Iouam, eum negligunt.

5. 6. ענה, cum ב, testatus est pro aliquo, Gen. 30, 33. contra aliquem, condemnauit aliquem Ies. 3, 9. Sic et h. l. Sensus: puniam Israelitarum flagitia, illa ipsa scelera, quae committunt, iis perniciem afferent. Hunc esse horum verborum sensum, membrum seq. docet, et ita ea etiam intellexerunt οἱ ό, dum reddiderunt: ταπεινωθήσεται ἡ ὕβρις. גאון autem propr. notat altitudinem cum corporis, tum animi, vnde superbiam, vt Ies. 13, 11. sed deinde omnino vitiositatem, peccata quaeuis, vt Pſ. 59, 13. et h. l. respondet enim ei עון. v. *Schultens.* Animaduu. Philol. ad Iob. 36, 9. et Ven. *Knapp.* ad Pſ. 19, 14. יכשלו corruent, peribunt. v. ad 4, 5. "כשל, Iudaei, vtpote eadem facinora committentes, interibunt quoque. Non multo autem post excidium regni Israelitici, Iudaei etiam in captiuitatem abducebantur. 6. Non necesse est, vt cogitemus de sacrificiis, reuera Iouae oblatis; sed propheta tantum eo fortius exprimere voluit notionem hanc: certissimum esse vtriusque reipublicae interitum, qui adeo nullis sacrificiis

7 יִמְצְאוּ חָלַץ מֵהֶם׃ בַּיהוָה בָּגָדוּ כִּי־בָנִים זָרִים
8 יָלָדוּ עַתָּה יֹאכְלֵם חָדָשׁ אֶת־חֶלְקֵיהֶם׃ תִּקְעוּ שׁוֹפָר
בַּגִּבְעָה

C. 5. v. 7. vulgo חֹדֶשׁ

ficiis auerti remouerique possit. "לבקש implorabunt Iouae auxilium, liberationem a calamitate. חלץ מהם recessit ab iis, subtraxit sese iis. v. *Schultensius* in Clav. Dialect. p. 290. a *Ständlinio* ad h. l. laudatus: *extraxit, exuitque manum suam ab illis*, vt adeo sit Arab. خلع يده.

7. "כי *filios alienos procrearunt*. Varie haec verba exponi solent. Alii intelligunt liberos, natos ex gentilium filiabus; alii sensum hunc constituunt: filios suos in idolorum cultu instituerunt; alii denique: Iudaeos ad idolorum cultum seduxerunt. Sed his interpretationibus omnibus minime fauet orationis series. Quodsi enim de idolorum cultu hic quoque sermo esset, sicuti in antecedentibus fuit, haud facile intelligeretur, quare et quo sensu minaretur iam propheta *repentinam et inopinatam quandam calamitatem*. Verissima est ergo Ill. *Eichhornii* interpretatio, qui (Einleit. ins A. T. Th. 2. p. 273.) verba nostra *de auxilio, a gentibus alienis petito*, explicat. יאכלם *comedet eos*. Sed verba deuorandi habent omnino significatum consumendi, delendi, eripiendi. Pro חֹדֶשׁ, sensu ita flagitante, legendum est חָדָשׁ, (v. *Michaelis* Bibl. Or. P. 19. p. 171. *Schultens.* ad Iob. p. 281.) h. e. ex vsu linguae Arabum, *res noua, fortunae casus aduersus*. Itaque sensum bene expressit *Dathius*, qui *Schultensium* et *Michaelem* sequitur, sic: *calamitas improuisa eos eorumque fundos absumet*. Scilicet Israelitae, qui cum Rezino, Syriae rege, foedus contra Iudaeos iunxerant, initio belli quidem felices erant; sed Ahasus, Iudaeorum rex, tandem in auxilium vocabat Tiglat Pilesserum, Assyriae regem, qui, regno Syriae deleto, interfectoque Rezino, deuastauit Israelitarum regnum, insignem captiuorum multitudinem abduxit, et sibi Israelitarum regem subiecit.

8. 9. Sequitur magnifica et plena affectus oratio. Postquam nimirum propheta paulisper vocem repressit, infelicem exitum belli, quod iam arde-

בַּגִּבְעָה חֲצֹצְרָה בָּרָמָה הָרִיעוּ בֵּית אָוֶן אַחֲרֶיךָ בִּנְיָמִין׃
אֶפְרַיִם לְשַׁמָּה תִהְיֶה בְּיוֹם תּוֹכֵחָה בְּשִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל 9
הוֹדַעְתִּי נֶאֱמָנָה׃ הָיוּ שָׂרֵי יְהוּדָה כְּמַסִּיגֵי גְּבוּל עֲלֵיהֶם 10
אֶשְׁפּוֹךְ׃

ardebat, et imminentem vtrique ciuitati interitum annunciat. "חקעו clangite buccina *Gibeae! tuba Ramae!* ardet bellum! lituus vndique ſonat! Erant ſcilicet in Palaeſtina paſſim ſpeculae exſtructae, hoc conſilio, vt ſpeculatores, imminente periculo, hoſte aduentante, eius aduentum per buccinas et tubas annunciarent, et ſic populum ad arma conuocarent. Hoc eodem modo etiam aliae res populo nuntiabantur; 2 Sam. 15, 10. etc. vnde recte ſuſpicati ſunt interpretes, diuerſum fuiſſe canendi modum. *Gibea* et *Rama* erant oppida, in tribu Beniamin ſita. *Bethauen* autem id. quod Bethel. v. ad 4, 15. Atque haec oppida nominauit poeta pro quibuſuis aliis. "הריעו *clangite, triumphum canite*; הריע enim in genere notat: *intenſum ſonum edidit*, ſiue factum hoc ſit *ore*, ſiue *tuba*, ſiue alio *inſtrumento muſico* quouis, vnde *clanxit.* Num. 10, 9. 2 Chron. 13, 12. 15. inprimis tamen de laeta vociferatione adhibetur, vt ſit: *triumphum cecinit*, vt h. l. "אחריך *poſt te*, ſ. *a tergo tuo Beniamin.* Sermo abruptus. Supplendum איב *hoſtis*, vt omnis orationis ſeries ſuadet. Hoſtis vos Beniaminitas, ſ. Iudaeos perſequitur; victoria de Iudaeis reportatur. 2. Iam auditorum quiſque exſpectare potuiſſet, prophetam vlterius verba facturum eſſe de Iudaeorum calamitate; verum is, vt eorundem animos eo fortius feriret, exclamat: Ephraim in deſertum mutabitur! Atque equidem verborum cohaerentiam arbitror eſſe hanc: Vndique lituus ſonat! in Iudaea ſpeculatores nuntiant, aduentare hoſtes victores; in Iſraelitarum regione ſpeculatores triumphum canunt de Iudaeis caeſis. Sed — Ephraim vaſtabitur, mox Iſraelitae infelicem ſuam ſortem deplorabunt. "ביום tempore eo, quo flagitia Iſraelitarum puniam. "בשבטי πιςὸς ὁ Θεὸς, certiſſime hae comminationes euenient. Caeterum participium foemininum in Niphal נאמנה pro Latinorum Graecorumque neutro poſitum eſt. *Veriſſimum eſt, quod annunciaui.*

10. Affertur cauſſa calamitatis Iudaeorum. "שרי rex, (Ahaſus)

11 אֶשְׁפּוֹךְ כַּמַּיִם עֶבְרָתִי׃ עָשׁוּק אֶפְרַיִם רְצוּץ מִשְׁפָּט
12 כִּי הוֹאִיל הָלַךְ אַחֲרֵי־צַו׃ וַאֲנִי כָעָשׁ לְאֶפְרָיִם וְכָרָקָב
לְבֵית

(Ahasus) et primores populi. "כמסיגי *sicuti ii, qui terminum mouent.* Locutio prouerbialis, homines perditi, flagitiosissimi. Terminos enim mouere atrocissimum crimen erat, Deut. 19, 14. Prov. 20, 28. "אשפוך, i. e. grauissimas poenas luunt. שפך omnino: largiter tribuere, bono sensu, Ioel 3, 1. contra malo, h. l. et Zeph. 3, 8. Eodem modo vtuntur Graeci verbis χέειν et ἐκχέειν. Israelitae in proelio vicerant Iudaeos, vastabant agros, quin etiam metropolin oppugnabant.

11. 12. עשק et רצץ *oppressit — conquassauit, confregit*, quae verba saepe coniunctim leguntur, sunt verba de poenis propria, Deut. 28, 33. משפט *poenae diuinae;* alii adverbialiter dictum accipiunt, *iure, merito.* "הואיל הלך *lubenter sequitur*, (nam הואיל *voluit*, alii verbo iunctum, saepe vim aduerbii obtinet, quam in rem exempla in promtu sunt,) i. e. ardenter coluit. צו. Vulg. *sordes, οἱ ό, ὀπίσω τῶν ματαίων.* Scilicet צו propr. significat *sordes, σκύβαλα*, vt Ies. 28, 8. Ezech. 4, 12. Sed h. l. per contemtum ita idola vocantur. Non ergo lectio mutanda, nec *οἱ ό* pro צו legerunt שָׁוְא, sed potius sensum secuti sunt. 12. Proponitur imago apta et rem accurate exprimens, orientem redolens. Ps. 39, 12. Ies. 50, 9. Hab. 3, 15. Sensus: Iudaei et Israelitae ipsi bellis ciuilibus pedetentim vires suas consumunt, et interitum patriae admouent. Aliis vero interpretibus sententia haec his verbis inesse videtur: ego Ephraimo vt tinea sum, et domui Iudae vt teredo, ab vtroque regno contemnor. Cum nimirum v. 14. violenta deuastatio sub emblemate leonis rapientis depingatur, non potuisse, animaduertunt huius explicationis patroni, hoc versu lentam et successiuam virium vtriusque regni consumtionem commemorari. Quidni? Hoseas, qui saepius ab alia imagine ab aliam, etiam a priori quam maxime diuersam, transire solet, est iam totus in eo, vt vtriusque regni incolis flagitiosis et perditis imminentem interitum ob oculos ponat, ac ostendat, quomodo sibi perniciem ineuitabilem contrahant. Hinc res ipsa loquitur, eum his imaginibus, eo sensu, quo nos diximus,

לְבֵית יְהוּדָה׃ וַיַּרְא אֶפְרַיִם אֶת־חָלְיוֹ וִיהוּדָה אֶת־מְזֹרוֹ 13
וַיֵּלֶךְ אֶפְרַיִם אֶל־אַשּׁוּר וַיִּשְׁלַח אֶל־מֶלֶךְ יָרֵב וְהוּא
לֹא

C. 5. v. 13. lego וִיהוּדָה יִשְׁלַח

mus, vti et potuiſſe et vero etiam debuiſſe.

13. וירא vidit, i. e. ſentit. חליו־מזרו *morbum ſuum — vlcus, ſ. vulnus — ſuum.* Haec verba improprie accipienda ſunt de perturbatione reipublicae. Reſpublica ſaepe ſub imagine corporis proponitur, vt Ieſ. 1, 5. 6. Cic. de Fin. 4, 24. *conferam autem auum tuum, Druſum, cum C. Graccho, eius fere aequali; quae hic reipublicae vulnera imponebat, ille ſanabat.* add. Quaeſt. Tuſc. 3, 22. Iſraelitae foedus iungebant cum Syris, quoniam animaduertebant *morbum ſuum,* (חליו) quoniam viribus ſuis diffidebant; Iudaei in auxilium vocabant Aſſyriae regem, cum iis ab Iſraelitis et Syris *vulnus* (מזרו) eſſet inflictum; cum eſſent iam ad anguſtias redacti. אשור. Equidem intelligerem h. l. per *Aſſyriam* Rezinum, Syrorum regem. Atque hoc nomine propheta per ironiam vſus fuiſſe videtur. Ante ישלח ſubintellige יהודה, ita poſtulante membrorum parallelismo, praeſertim cum per omne hoc caput Hoſeas Iſraelitas et Iudaeos coniunctim ſpectauerit. cf. etiam v. 14. Excidiſſe autem nomen יהודה e contextu, plures iam interpretes, *Michaelis,* (Bibl. Or. Th. 19. p. 172.) *Moldenbauerus,* aliique rectiſſime animaduerterunt, quamquam haec coniectura nulla verſionum, vel Codd. auctoritate confirmatur. מלך ירב eſt Tiglat Pileſerus, Aſſyriae rex. Soliti nimirum erant Iſraelitae, quotieſcunque fere ad incitas eſſent redacti, tempore interregni inprimis, Aſſyriorum reges in auxilium vocare. Haud dubie tum vtebantur voce ירב לנו *vindicabit nos,* et inde Aſſyriae reges hoc nomen acceperunt. Quo cognomento rectiſſime vti poeta noſter poterat, cum hanc orationem ſuam in Iſraelitarum regione recitaret. "לא *non poterit vos* (Iſraelitas, Rezinus) *ſanare; non depellet* (i. e. ſanabit, Tiglat Pileſerus,) *a vobis* (Iudaeis) *vulnus.* Verbum גהה, quod eſt ἅπαξ λεγόμενον, ex ſignificatu, apud Syros et Arabes recepto, in Kal notat: *fugit, receſſit;* in Hiphil: *fugauit, depulit.* v. *Michaelis* Supplemm. ad Lexx. Hebrr. Sed

Schulten-

14 לֹא יוּכַל לִרְפֹּא לָכֶם וְלֹא־יִגְהֶה מִכֶּם מָזוֹר׃ כִּי אָנֹכִי
כַשַּׁחַל לְאֶפְרַיִם וְכַכְּפִיר לְבֵית יְהוּדָה אֲנִי אֲנִי אֶטְרֹף
15 וְאֵלֵךְ אֶשָּׂא וְאֵין מַצִּיל׃ אֵלֵךְ אָשׁוּבָה אֶל־מְקוֹמִי
עַד אֲשֶׁר־יֶאְשְׁמוּ וּבִקְשׁוּ פָנָי בַּצַּר לָהֶם יְשַׁחֲרֻנְנִי׃

Schultenſius ad Prou. 17, 22. verbum noſtrum illuſtrat ex Arab. جهي ſignificatione, *niteſcere*, *ſplendere*, et verba noſtra vertit: *non nitidabit vobis vlcus; vel, non ad nitidam reducetur ſanitatem.*

14. 15. Vt exprimeretur inopinatus et repentinus vtriusque reipublicae interitus, qui nullo modo auerti poſſet, propoſuit propheta imaginem, a leone adulto et iuuene deſumtam. — Hanc eandem imaginem v. etiam 15. continuari, plerique interpretes exiſtimant, ideoque verba אל־מקומי de ſpelunca leonis interpretantur. Sed vti iam nuper monui, noua imago proponitur, quod vel ex additis verbis: *donec ſe reos cognouerint*, vel ex ipſo vocabulo מקום luculenter apparet. Scilicet redire in locum ſuum, i. e. in coelum, dicitur Deus, ſi beneuolentiam ſuam hominibus detrahit; contra vero e loco ſuo, e coelo, exire, ſi eos fauore ſuo amplectitur. Atque haec interpretatio haud dubie Hoſeae genio eſt conuenientiſſima. אלך ſimpliciter, *reuertar*. אשם reum ſe declarauit, agnouit. Leuit. 4, 13. 5, 5. Verba enim, quae fieri, eſſe, vel agere ſignificant, interdum pro rei cognitione dicuntur. v. *Glaſſius* Phil. S. p. 225. ſq. בקשו *quaeſerant faciem meam*, i. e. meum auxilium recte, ſincero animo, ad meliorem frugem reverſi implorauerint. שחר ſollicite, ſummo cum ſtudio quaeſiuit. Pſ. 63, 2. Ieſ. 26, 9. οἱ ό, ἐν θλίψει αὐτῶν ὀρθρίσουσι πρός με. ישחרנני autem poſitum eſt poetice cum Nun paragogico pro ישחרו אלי, ita, vt ſuffixum, omiſſa particula, immediate verbo iunctum ſit, vt Pſ. 5, 5. יגרך pro יגור עמך.

CAP. VI.

לְכוּ וְנָשׁוּבָה אֶל־יְהוָה כִּי הוּא טָרָף וְיִרְפָּאֵנוּ יַךְ 1
וְיַחְבְּשֵׁנוּ׃ יְחַיֵּנוּ מִיֹּמָיִם בַּיּוֹם הַשְּׁלִישִׁי יְקִמֵנוּ 2
וְנִחְיֶה לְפָנָיו׃ וְנֵדְעָה נִרְדְּפָה לָדַעַת אֶת־יְהוָה כְּשַׁחַר 3
נָכוֹן

Cap. VI. 1. 2. Accurate prior huius cap. pars vsque ad v. 4. cum antecedentibus cohaeret. Loquentes introducuntur Israelitae, ad meliorem frugem reuersi; vnde etiam initio v. 1. subaudiendum est לאמר, quod Chald. Syrus et *oi o'* addunt. "טרף *sauciavit*, leonis instar; cf. 5, 4. *percussit*. Vid. notata ad 5, 13. Sensus: ipse calamitate affecit Ioua, idem ille et restaurabit felicitatem nostram pristinam. Similis locus Deut. 32, 39, 43. יחיינו, vitam, s. valetudinem reddet, i. e. a miseriis nos liberabit, nos felices reddet. cf. Ps. 41, 3. "מימים *post biduum et tertio die*, i. e. breui tempore; tempus certum pro incerto. v. *Noldius* in Concord. Particc. p. 911. cuius verba apponere placuit: „Post biduum et die tertio Hebraismus est, pro *deinceps*, vel *posthac*. Nam solatur se populus, qui hic exul introducitur, quod *breui* euasurus sit e miseriis. Ita σήμερον, καὶ αὔριον, καὶ τῇ τρίτῃ, Luc. 13, 32. 33. pro *posthac*, seu aliquamdiu. — Sic חמול שלשם Gen. 31, 2. 5. Exod. 5, 14: *heri et nudius tertius* notat *antea*, et לא גם מחמול נם משלשם *nunquam antea*. Exod. 4, 10. — Quare frustra sunt, qui ex Christianis hic elicere volunt tres dies resurrectionis Christi." יקמנו *eriget nos*, firmam ac certam nobis felicitatem concedet, Amos 9, 11. Ier. 24, 6. Sic Graec. ὀρθοῦν. Soph. Oed. Tyr. 39. 46. Oed. Col. 385. sq. ונחיה *vt viuamus*, i. e. felices simus. לפניו *coram ipso*, sub praesidio et tutela eius, scil. Dei. Gen. 17, 18. Opposita est haec formula iis, quae 5, 15. init. leguntur. Caeterum sicuti h. l. felicitatis restitutio sub imagine resurrectionis proponitur; ita proponitur etiam Ies. 26, 19. et Ezech. 37, 1 — 10.

3. "ונרדפה *persequamur agnoscere*, h. e. studiose colamus. Notus Hebraismus. Simili modo in libris N. T. adhibetur verbum διώκειν, v. c. 1 Thess. 5, 15. τὸ ἀγαθὸν διώκετε, vnde et Suidas διώκειν explicat per ἐπιθυμεῖν. כשחר *sicuti aurora* post noctem tenebricosam et tempestuosam

נָכוֹן מֹצָאוֹ וְיָבוֹא כַגֶּשֶׁם לָנוּ כְּמַלְקוֹשׁ יוֹרֶה אָרֶץ׃
4 מָה אֶעֱשֶׂה־לְּךָ אֶפְרַיִם מָה אֶעֱשֶׂה־לְּךָ יְהוּדָה וְחַסְדְּכֶם
כַּעֲנַן־

ſtuoſam *procedet Ioua*, nos, calamitatibus preſſos, laetitia afficiet, feliceſque reddet. כגשם כמלקוש Imago felicitatis, quoniam in Palaeſtina pluuia raro cadebat. Sed מלקוש eſt *pluuia ſerotina*, quae meſſem proxime antecedebat, eamque promouebat. οἱ ό, ὄψιμος. Contra גשם pluuia eſt, quae poſt iactam ſementem, ſub finem Octobris, per Nouembrem et Decembrem cadebat. οἱ ό, πρώϊμος, pluuia prima, quia Hebraeorum annus ſeptimo menſe, noſtro circiter Octobri, incipit, atque in anno prima eſt. vid. *Roſenmüller.* ad Deut. 11, 14. יורה ארץ *quae irrigat terram*. Senſus omnino: Ioua nos auxilio ſuo recreabit,

4. Haec noua prophetae oratio loquentem introducit Deum, qui, parentis pii inſtar, filiorum impietatem improbitatemque lugentis, Iſraelitis non minus quam Iudaeis, cum nullis admonitionibus ſe commoueri patiantur, vt in rectam viam redeant et reſipiſcant infucataeque pietatis ſtudioſi ſint, grauiſſimam certiſſimamque poenam minatur. Habita autem videtur haec oratio regnante Pekaho, Samariae rege, cuius coaeuus erat Iothamus, Iudaeorum rex, ſub cuius imperio populus etiam Iudaicus deprauatis moribus erat. 2 Chron. 27, 2. Interfecerat Pekahus anteceſſorem ſuum, Pekaiahum, Samariae, ſociis Argobo et Ariaeo ac quinquaginta Gileaditis. v. 2 Regg. 15, 25. atque hoc ipſum facinus reſpexiſſe videtur propheta noſter v. 8. — מה" *quid faciam tibi?* quae via iam ingredienda mihi eſt, qua vos in rectam viam reducere poſſim? omnis labor in vobis emendandis hactenus irritus fuit, ergo — perficiam comminationes meas, v. 5. Additur cauſſa, וחסדכם nam pietas, probitas veſtra; ſingulatim h. l. veſtra vitae animique in melius mutatio. כענן" ὡς νεφέλη πρωϊνή. *Theodoretus:* ἡ παρ' ὑμῶν γενομένη μεταμέλεια πρόσκαιρός ἐστι, καὶ ὀ διαρκής. — Temporaria tantum veſtra pietas, emendatio erat, ſimillima *nubi matutinae*, quae cito euaneſcit. In Palaeſtina omnes nubeculae circa horam IX. vel X. euanuerunt, et coelum ſerenum eſt. וכטל" οἱ ό, ὡς δρόσος ὀρθρινή. Ros matutinus

כַּעֲנַן־בֹּקֶר וְכַטַּל מַשְׁכִּים הֹלֵךְ׃ עַל־כֵּן חָצַבְתִּי 5
בַּנְּבִיאִם הֲרַגְתִּים בְּאִמְרֵי־פִי וּמִשְׁפָּטַי כָּאוֹר יֵצֵא׃
כִּי

C. 6. v. 5. vulgo וּמִשְׁפָּטֶיךָ אוֹר

nus non tam copiosus est, nec terram adeo fertilem reddit, quam nocturnus; Cantic. 5, 2. vix quippe natus, a sole dispergitur. Ros igitur matutinus et nubes matutinae sunt h. l. imagines pietatis fucatae et temporariae. הלך 1) ire, 2) abire, 3) euanescere, vt h. l. et Iob. 7, 8. 9. 4) mori, Gen. 15, 2. vbi Aquila ἀπέρχομαι, Symmach. πορεύομαι, sicuti et h. l. οἱ ὁ' πορεύεσθαι habent.

5. "חצבתי *cecidi* — *occidi eos*, (scil. Ephraimitas et Iudaeos; suffixum in הרגתים referri quoque debet ad חצבתי) *per verba oris mei.* Loci similes Hebr. 4, 12. Apoc. 1, 16. Ies. 11, 4. Quibus in locis minationes diuinae comparantur cum gladio, (Hebr. l. c. Apoc. l. c.) vel baculo ex ore egrediente, (Ies. l. c.) vel cum mortis ministro (Würg-engel, Sapient. 12, 9. 18, 15. 16.). חצבתי *cecidi*, (חצב de arboribus, quae exscinduntur, Ies. 10, 15. 2) exstirpauit, deleuit; h. l. idem quod הרג *occidit*, vt Ies. l. c. vbi הכה percutiet, idem est, quod seq. ימית, interficiet,) i, e, *deleui.* Iam, quae prophetae tantum annunciant, ea saepe ipsi facere dicuntur, siue, verbum actionis interdum de annunciatione actionis intelligendum Ier. 1, 10. Mich. 2, 12. Ergo h. l. sensus est: minatus sum per prophetas interitum. Quare non necessarium videtur, vt הצבתי exprimatur h. l. *fulminaui*, vt voluit *Michaelis* Supplemm. ad Lexx. Hebr. p. 885. et, qui eum secutus est, *Dathius*, quem vide ad h. l. "הרגתים, i. e. annunciaui per prophetas iis exitium. מִשְׁפָּטַי כָאוֹר ita omnino legendum est pro וּמִשְׁפָּטֶיךָ אור, cum interprett. antiqq. (Vulgatus tantum habet: *et iudicia tua quasi lux egredientur,*) suadentibus hoc quoque *Kennicotto*, *de Rossi*, *Michaele* Bibl. Or. P. 19. p. 172 et *Dathio* ad h. l. Particulam ו verto *quare.* Quare minationes meae euenient, poenae, quas minatus sum, erumpent, et quidem solis instar. אור 1) lux, 2) sol, tanquam fons et caussa lucis. Iob. 31, 26. Ps. 37, 6. Ies. 5, 30. יצא وضا *emicuit, erupit.* Sensus: repente, subito vos poena

6 כִּי חֶסֶד חָפַצְתִּי וְלֹא־זָבַח וְדַעַת אֱלֹהִים מֵעֹלוֹת׃
7.8 וְהֵמָּה כְּאָדָם עָבְרוּ בְרִית שָׁם בָּגְדוּ בִי׃ גִּלְעָד קִרְיַת

na deprehendet! 6. "כי חסד non tam sacrificia, externum cultum, quam potius pietatem flagito. Comparatiue enim haec accipienda sunt. Loci paralleli Ies. 1, 11. Ps. 40, 7. דעת אלהים 1) cognitio Dei et religionis, 2) cognitio, quae vita factisque exprimitur, pietas in Deum, Hos. 4, 1. Hinc *Φόβος κυρίȣ*, et *ἐπίγνωσις Θεȣ̃* synonyma sunt Prov. 2, 5. Ies. 11, 2. 3. מעלות *prae holocaustis*, i. e. sacrificiis quibusuis.

7. "כאדם vel: sicut Adamus leges meas violant; vel violant leges, sicut homines facere solent. Sic *οἱ ό, ὡς ἄνθρωπος παραβαίνων τὴν διαθήκην·* nimis frigide! vel, leges meas violant tanquam hominis leges, ac si homo ipsis eas tulisset. Solet enim in comparationibus nomen, quod repetendum erat, altero loco reticeri, vt supra v. 3. בשחר dictum est pro כמצא שחר. Atque haec quidem posterior interpretatio ob locum parallel. 8, 12. praeferenda est. Alii interpretes lectionem sollicitarunt, me iudice, minus recte. Sic *Michaelis* Bibl. Or. T. 19. p. 174. legendum esse praecipit כֶּאֱדֹם, hoc sensu: similes sunt Edomitis, qui, quanquam ab Abrahamo oriundi, me, et veram religionem deseruerunt. Sic Ill. *Pfeifferus* (Version. Vernac. Erlang. 1785. p 50.) coniecit, legendum esse באדמה *in hac terra*. עבר 1) praeterire, 2) limites praeterire, 3) violare, vt h. l. Ita Graecorum *παραβαίνειν*, Matth. 15, 3. et *παρέρχεσθαι*, Luc. 15, 29. ברית propr. foedus; quod cum constet praeceptis et promissionibus, inde ברית 1) praecepta, leges, vt h. l. et Exod. 19, 5. 2) promissiones notat. Ps. 25, 14. 89, 29. Gen. 6, 18. Levit. 26, 42. שם emphatice positum, *ibi*, nempe in hac terra fertili, quam *ego ipsis* possidendam concessi! Crescit oratio.

8. Hactenus reprehenderat Hoseas in vniuersum impietatem improbitatemque populi; iam nonnulla flagitia nominatim affert. "גלעד קרית *Gilead vrbs*; sed Gilead erat regio, trans Iordanem sita, non vrbs? Hanc ergo difficultatem vario modo remouere studuerunt interpretes. Alii nimirum קרית collectiue accipiunt, et גלעד statuunt esse nominatiuum absolutum, vt adeo

פֹּעֲלֵי אָוֶן עֲקֻבָּה מִדָּם׃ וּכְחַכֵּי אִישׁ גְּדוּדִים חֶבֶר 9
כֹּהֲנִים דֶּרֶךְ יְרַצְּחוּ שֶׁכְמָה כִּי זִמָּה עָשׂוּ׃ בְּבֵית 10
יִשְׂרָאֵל רָאִיתִי שַׁעֲרִירִיָּה שָׁם זְנוּת לְאֶפְרַיִם נִטְמָא
יִשְׂרָאֵל׃ גַּם־יְהוּדָה שָׁת קָצִיר לָךְ׃ 11

CAP. VII.

adeo verba latine exprimenda sint: Gileaditidem, quod attinet, vrbes eius etc. quae interpretandi ratio haud dubie verissima est. Alii ante בלער intelligunt ב hoc sensu: in Gilead quaelibet vrbs habet incolas peccatores. Alii aliter פעלי און plenae sunt cultorum idolorum, vid. 12, 12. Erat regio montana, ideoque ad idolorum cultum inprimis apta et idonea. עקבה deducitur ab עקב 1) vestigiis signare, 2) signare, vt h. l. 3) vestigia alterius sequi, persequi عقب, Ps. 49, 6. 4) circumuenire, defraudare. Substantiuum עקב 1) pars pedis extrema, planta, 2) vestigium, Ps. 56, 7. metaphor. meta, finis, a) praemium, Ps. 119, 112. b) poena, Ps. 40, 16. Igitur h. l. עקבה מדם signata, notata sanguine, caedibus. Vulg. *supplantata pedibus.* Respicitur autem, vt supra monuimus, ad caedem, in Pekaiaho commissam.

9. וכחכי *et sicut, qui insidiantur alicui turmae, sacerdotum est sodalitium.* Constructio ita instituenda est: חבר כהנים כגדודים חכי איש, h. e. collegium sacerdotum simile est turmae latronum, insidias struenti aliis. חכה (vnde infinitiuus Piel more Chaldaeorum positus,) propr. exspectauit, a) desiderauit, Ies. 30, 18. b) confisus est, Ies. 64, 4. Zeph. 3, 8. 2) malo sensu: insidiatus est, vt h. l. גדוד 1) turma quaelibet, 2) speciatim: turma latronum, vt h. l. et Gen. 49, 19. vbi οἱ ὁ πειρατήριον. "דרך *in via versus Sichemum caedes committunt.* Ante דרך supple ב. *Sichem* autem erat vrbs sacerdotum, et asylum in tribu Ephraim, Ios. 17, 7. 21, 21. „Videntur sacerdotes illo tempore abusi esse suis priuilegiis et iure asyli, vt vel ipsi caedes patrarent, vel ab aliis commissas occultarent." *Dathius.*

10. 11. A sacerdotibus ad populum ipsum propheta redit. שערורים scelera horrenda, Ier. 18, 13. De reliquis verbis, cf. ad 5, 3. notata. שָׁת impersonaliter accipiendum: *tibi Iuda parata est messis malo.*

CAP. VII.

1 בְּשׁוּבִי שְׁבוּת עַמִּי כְּרָפְאִי לְיִשְׂרָאֵל וְנִגְלָה עֲוֹן אֶפְרַיִם
וְרָעוֹת שֹׁמְרוֹן כִּי פָעֲלוּ שָׁקֶר וְגַנָּב יָבוֹא פָּשַׁט גְּדוּד בַּחוּץ׃

malorum; itaque non cum *Henslero* V. V. (Animaduerss. ad h. l.) praeferrem alteram lectionem שָׁתָה, quam defendit auctor vers. quintae, ἀλλὰ καὶ σὺ ἰδὰ παρεσκεύαζες αὐτὸν (forte σαυτὸν) εἰς τὸ ἐκθερισθῆναι· cum vulgaris commodum sensum suppeditet. שות 1) ponere, 2) facere, vt τιθέναι. Sic v. c. Graeci formulas υἱὸν τίθεσθαι et υἱὸν ποιεῖσθαι inter se permutare solent, v. *Valckenar.* ad Theocrit. p. 270. קציר *messis* h. l. sensu malo, *poenae diuinae*, vt Ioel 4, 13. Ier. 51, 33. Apoc. 14, 15. Vltima versus verba "בשובי, vt rectissime iam iudicauit Ill. *Eichhornius*, (Einleit. Th. 1. p. 162.) referenda sunt ad seq. caput.

Cap. VII. Habita est haec, quae iam sequitur prophetae oratio, temporibus interregni, mortuo Ieroboamo secundo, quibus respublica Israelitarum caedibus rapinisque repleta erat, et hodie hic, cras ille, interfecto priore, rex constituebatur, atque castigatur Israelitarum (hos enim tantummodo, non Iudaeos spectat oratio,) in reges ac principes, et ipsum Deum perfidia. — 1. "בשובי *cum a miseria liberare vellem populum meum.* Etenim שבות non tantum est *exilium, captiuitas*, sed etiam in vniversum *miseria, calamitas.* Ps. 14, 7. Iob. 42, 10. Sic Ps. 69, 34. אסיריו non tam sunt *vincti ipsius*, quam potius *infelices*, add. Ps. 68, 7. שוב h. l. liberare, simpliciter. כרפאי *cum sanare vellem.* כ cum, Gen. 27, 34. Deut. 20, 9. v. *Glassius* Phil. S. p. 567. רפא h. l. tropice adhibitum, pro, salutem restituere. vid. ad 5, 13. Imago autem ipsa desumta est a medico, qui, cum vulnus curare vult, noua mala reperit, quae vulnus insanabile reddunt. Israelitarum improbitas impietasque tanta est, vt prorsus meo amore et auxilio indigni sint. נגלה patefacta est, inueni. Verbis עון et רעה nullum discrimen inest; sicuti nec vocibus *Ephraim* et *Samaria*, quibus omnino Israelitae significantur. פעלו שקר *mentiuntur*, fallaces sunt et dolosi. גנב collectiue accipiendum, *fures.* בוא ingredi, intrare, εἰσέρχεσθαι. Reprehenduntur

וּבַל־יֹאמְרוּ לִלְבָבָם כָּל־רָעָתָם זָכָרְתִּי עַתָּה סְבָבוּם 2
מַעַלְלֵיהֶם נֶגֶד פָּנַי הָיוּ׃ בְּרָעָתָם יְשַׂמְּחוּ־מֶלֶךְ 3
וּבְכַחֲשֵׁיהֶם שָׂרִים׃ כֻּלָּם מְנָאֲפִים כְּמוֹ תַנּוּר בֹּעֵרָה 4
מֵאֹפֶה

tur furta, quae priuatim in aedibus committuntur, et suppleri debet nomen בְּבָתִּים, Auctor vers. quintae eleganter vertit: κλέπτης μὲν ἔνδον, λωποδύτης δὲ λῃστεύει τὰ ἔξω. פשט irruere, inuadere, adoriri, Iudd. 9, 33. 20, 37. בחוץ foras in plateis, viis, et publicis locis oppidorum villarumque. οἱ ό, חוץ modo vertunt ὁδὲς, Ier. 5, 1. modo ἐξόδες, Prov. 1, 20. διόδες, Ier. 7, 34. πλατείας, Ies. 15, 3. v. *Fischerus* V. C. Prolusſ. de Vitt. Lexx. N. T. p. 280. sqq.

2. 3. ובל" neque cogitant, reputant secum. Notus Hebraismus; post ללבבם supple: כי. זכר" *recordari*, memorem esse peccatorum, de Deo vsurpatum, notat: peccata punire, Ps. 25, 7. 79, 8. Ies. 43, 25. Sensus: non arbitrantur, me ipsorum peccata esse punitu- rum, *quid sit futurum, fugiunt quaerere*, admodum secure viuunt, sunt plane perditi, non me vltorem cogitant et metuunt. עתה" cum tamen eos iam cingant facinora sua, h. e. ita peccatis cincti sunt, vt eos non possis inspicere, quin tibi simul in oculos eorundem peccata incurrant. Hunc sensum si admittimus, respexit propheta imaginem v. 1. propositam. Possunt tamen etiam verba hunc in modum exponi: mox (עתה mox Ies. 43, 19. Ps. 12, 6.) peccata iis exitio erunt, sibi peccatis suis perniciem contrahent. Saepiuscule enim peccata cum funibus, retibus comparantur, quibus animalia capiuntur. v. Prov. 5, 22. Sic et ipsum verbum סבב de funibus legitur Ps. 18, 6. נגד" sunt ob oculos meos, recordor eorum, puniam ea. רעה improbitas, malitia; vocabulum generis, cuius species כחש mendacium, fraus. מלך tyrannus, qui per coniurationem thronum occupauerat. Hic delectabatur coniuratorum malitia et perfidia. שרים noui tyranni amici, qui sunt aeque ac tyrannus homines perditi.

4—7. כלם, nempe Ephraimitae et ciues Samaritani, coll. v. 1. non exclusis primoribus populi, et amicis noui regis, de quibus h. l. sermo est. *Omnes*, i. e.

5 מֵאֹפֶה יִשְׁבּוֹת מֵעִיר מִלּוּשׁ בָּצֵק עַד־חֻמְצָתוֹ׃ יוֹם
מַלְכֵּנוּ הֶחֱלוּ שָׂרִים חֲמַת מִיָּיִן מָשַׁךְ יָדוֹ אֶת־לֹצְצִים׃

כִּי־ C 5

i. e. maxima pars eorum. מנאפים. Verbum נאף propr. significat: *scortari*, 2) *perfidum, rebellem esse*, vt h. l. et Ps. 73, 27. (Etiam gentes bellicosae, regiones plures expugnantes, comparantur cum meretricibus, Nah. 3, 4. etc. et tribuuntur iis *praestigiae*, quatenus foedera pangunt cum aliis populis, quae tamen perfide frangunt.) 3) *deficere a religione vera*. Ier. 3, 6. 8. etc. H. l. מנאפים vertimus: *omnes rebellandi libidine flagrant.* Comparatur Israelitarum rebellandi studium cum ardore furni, a pistore succensi, tempore eo, quo "ישבות *cessat* pistor *vigilare atque massam et depsere et fermentare.* Ante ישבת subaudio אם *si*, pro מעיר autem, legendum conii- cio לעור. Sed formulae, *si cessat vigilare*, sensus est: *si dormit*; quo sensu et Graeci dicere solent παύεται γρηγορεῖν. מלוש — חמצתו. Vulgo: *vom Kneten bis zum Säuren.* Perperam. Hebraei enim particula מ sequente עד eodem modo vtuntur, quo Latini particulis *et* — *et*, *cum* — *tum*. v. *Faber* ad *Hamar's* Beobachtungen üb. d. Orient. Th. 1. S. 248. not. 10.

5. "יום *die regis nostri.* יום enim est vel nominatiuus absolutus, qui resolui debet, *quod attinet ad*, vel supplenda est particula ב. Per *diem* autem intelligitur dies inaugurationis et creationis regis, qui conuiuiis epulisque celebrabatur, vid. 1 Regg. 1, 8. 9. 18, 18. Matth. 14, 6. "החלו *vino incalescunt.* Pro הֶחֱלוּ commendauit b. *Dathius* lectionem τῶν ό, Syr. Chald. et Vulg. versionis הֵחֵלּוּ *coeperunt*, ita, vt חמת sit infinitiuus *aestuare.* Commode tamen etiam vulgaris lectio retineri potest.

Nam in lingua Arab. خمّ notat: *euacuare*, et חמת significat *lagenam*. Itaque *euacuant lagenas vino*, est, si sensum spectamus: *vino incalescunt.* משך *extendit manum*, gestus propinantis; nempe מלך rex, diem inaugurationis celebrans. לצצים *irrisores*, ludibrio habentes regem, voce et vultu blandientes, animo ei insidias parantes, alii iam faventes. 6. "כי *nam ardet eorum animus insidiandi libidine instar furni.* Lectio vulgaris קרבו *afferunt*, sensu facili commodoque cum laboret, recipienda ea est, quam secuti

sunt

כִּי־חָרְבוּ כַתַּנּוּר לִבָּם בְּאָרְבָּם כָּל־הַלַּיְלָה יָשֵׁן אַפֵּיהֶם 6
בֹּקֶר הוּא בֹעֵר כְּאֵשׁ לֶהָבָה׃ כֻּלָּם יֵחַמּוּ כַּתַּנּוּר 7
וְאָכְלוּ אֶת־שֹׁפְטֵיהֶם כָּל־מַלְכֵיהֶם נָפָלוּ אֵין־קֹרֵא
בָהֶם אֵלָי׃ אֶפְרַיִם בָּעַמִּים הוּא יִתְבּוֹלָל אֶפְרַיִם 8
הָיָה

C. 7. v. 6. vulgo קָרְבוּ ib. vulgo אֹפֵהֶם

ſunt Alexandrini: *διότι ἀνεκαύθησαν ὡς κλίβανος αἱ καρδίαι αὐτῶν.* Vtrum vero legerint חרבו, vt *Cappellus*, an קרחו, vt *Buxtorfius*, an denique צרבו, vt *Bauerus* voluit, certo definiri non poteſt, *Cappelli* tamen coniectura, ob literarum ſimilitudinem, haud dubie principatum obtinet. "כל *per totam noctem dormit ira eorum, mane erumpit vt flamma.* Pro אפיהם legendum eſt, vt iam praeclare obſeruavit *Dathius* אַפֵּיהֶם *ira, furor eorum;* quam lectionem confirmat etiam auctoritas verſionis Chald. et Syr. Senſus: per breue tempus rebellandi libidinem reprimunt et cohibent, mox vero ea erumpit, et turbas mouent.

7. כלם Ephraimitae ad vnum omnes. יחמו ardent, flagrant libidine rebellandi. ואכלו trucidant, interficiunt. אכל perdere, Pſ. 14, 4. 35, 25. 1 Petr. 5, 8. interficere, vt h. l. שפטים omnino: primores populi, iudices, magiſtratus; nimirum שפט, vt *κρίνειν*, notat in vniuerſum: ciuitati praeeſſe, gubernare, adminiſtrare eam. Ieſ. 40, 23. 1 Sam. 8, 5. quo priori loco *οἱ ό'* habent *ἄρχειν*. Apud Hebraeos inde שפטים dicti ſunt, qui ab obitu Ioſuae vſque ad Saulum ſubinde reipublicae praeerant. נפלו perierunt, ſcilicet per coniurationes. "אין nemo me colit. Hinc illae lacrymae! hinc perfidia, latrocinia, impietas, collabens reſpublica. Formula קרא בשם יהוה propr. valet: 1) precari Deum, eius auxilium implorare, 1 Regg. 18, 24. 2 Regg. 5, 11. Pſ. 116, 4. 2) gratias agere, Pſ. 80, 19. 85, 1. 116, 17. 1 Chron. 16, 8. 3) cognitione Iouae imbuere, Exod. 23, 19. coll. 34, 5. 4) de omni cultu diuino dicitur, vt h. l. et Gen. 12, 8.

8. יתבולל diſpergetur inter gentes. Alii: commiſcet ſe cum gentibus, foedera cum iis iungit, ab iis auxilium petit. "היה עגה *eſt ſimilis placentae non verſae.* Notio ſimplex: pede-

9 היה עגה בלי הפוכה: אכלו זרים כחו והוא לא
10 ידע גם־שיבה זרקה בו והוא לא ידע: וענה גאון־
ישראל

pedetentim et gradatim interibit respublica; exornata: similis est Ephraim placentae non versae, quae nimirum, quoniam a nemine curatur, igne corrumpitur, v. *Ludov. de Dieu* in Crit. S. et *Dathius* ad h. l. Haec explicatio videtur simplicissima esse, et vero etiam verissima. Alii vero sententiam verbis nostris putant inesse hanc: gentes illae auide Ephraimitas perdunt, sicuti homines esurientes, qui non exspectant, donec placenta sit recte cocta, sed eam semicoctam auide deuorant. *Michaelis* ad h. l. haec habet: *Ein Aschkuchen wird in Palaestina und Arabien gemeiniglich unterwegens auf diese Weise gebacken: man macht im Sande ein Feuer an, legt dann den Teig auf den erhitzten Sand, und Asche und Kohlen über ihn, in einer halben Stunde ist er gut; aber nicht bloß Sand und kleine Steine, sondern auch etwas von der Feuerung, dabey der Aschkuchen gebacken wird, zieht sich in seine Rinde ein. So hier, das Reich der zehn Stämme klebt bey seiner politischen Bäckerey mit fremden Völkern zusammen.*——

9. 10. Verbo אכלו *consumunt*, de quo vid. ad v. 7. vsus est eleganter propheta, ob imaginem, paulo ante a placenta desumtam. זרים peregrini, exteri, intelliguntur Assyrii et Aegyptii. coll. v. 11. quos interregni tempore ciues seditiosi, reges etiam illi varii, ad vindicandam sibi occupatam dignitatem in auxilium vocasse videntur. כוח potentia, vires, οἶ ὄ, ἰσχὺς h. l. diuitiae, facultates. Prov. 5, 10. Iob. 6, 22. והוא *et ille*, scil. Ephraim. לא ידע non considerat, non curat, negligit; non sentit nec curat tristem reipublicae formam ac conditionem, et mala ventura. "שיבה *canities ei sparsa est*. Elegans imago de ciuitate, ruinae proxima! Obseruandus praeterea subitaneus transitus ab alia imagine ad aliam. Ephraim comparatur iam cum homine canescente, v. 9. autem comparabatur cum placenta non versa. שיבה canities, Ies. 46, 4. etc. senium, Leuit. 19, 32. Ps. 71, 18. Ies. 65, 22. זרקה *sparsa ei est*; praeteritum Kal intransitiue accipiendum. *Spargere* etiam de canitie adhibet Propert. 3, 4. 24. "וענה explicatio imaginis praecedentis, Israelitae

יִשְׂרָאֵל בְּפָנָיו וְלֹא־שָׁבוּ אֶל־יְהוָה אֱלֹהֵיהֶם וְלֹא
בִקְשֻׁהוּ בְּכָל־זֹאת׃ וַיְהִי אֶפְרַיִם כְּיוֹנָה פוֹתָה אֵין 11
לֵב מִצְרַיִם קָרָאוּ אַשּׁוּר הָלָכוּ׃ כַּאֲשֶׁר יֵלֵכוּ אֶפְרוֹשׂ 12
עֲלֵיהֶם רִשְׁתִּי כְּעוֹף הַשָּׁמַיִם אוֹרִידֵם אַיְסִרֵם כְּשֵׁמַע
לַעֲדָתָם׃

litae sibi suis peccatis perniciem contrahunt; misera reipublicae conditio, quam tamen illi ipsi cognoscere nolunt, aperte annunciat instantem proxime interitum. vid. ad 5, 5. שבו redeunt ad Dei cultum. בקשו״ eiusque auxilium vnice implorant. בכל זאת rebus ita constitutis, in tanta miseria.

11. 12. Nexus cum antecedentibus hic est: Non sibi a Ioua auxilium expetunt, vt ipsis auxilio suo adsit, interitum reipublicae auertat, sed aliorum auxilium implorant, qua tamen in re adeo stolide insipienterque agunt, vt similes sint columbae, כיונה פותה, h. e. sicut columba, quae facile decipi potest. *οἱ ο'* sensum expresserunt; vertunt enim *ἄνους*, sed Aquila: *θελγομένη* et Symmachus: *ἀπατωμένη*. פתה legitur h. l. malo sensu, *decepit*, *seduxit*. אין לב *fatua, stolida*. Hebraeis enim *cor* est sedes sapientiae. Iob. 34, 10. Israelitae se, resque suas facile vnicuique, modo Assyriis, modo Aegyptiis, committunt. הלך et קרא synonyma. 12. Priora huius versus verba commode ad versum praecedentem referri possunt, et sententia videtur grauior existere; Aegyptios, Assyrios in auxilium vocant, si (כאשר *si*, Exod. 17, 11.) auxilio iis opus est, — non me. Interim tamen, si vulgarem explicationem ordinemque verborum retinemus, ילכו verti debet: auxilium petituri sese conuertunt *ad Aegyptios, vel Assyrios*. כאשר, *οἱ ο'*, *καθὼς ἂν*, *so wie sie hingeben*. אפרוש *expandam rete*. Metaphorae, ab aucupe petitae, occasionem dedit imago, a columba stolida petita, quae praecessit. אורידם *deiiciam eos*; auium instar in rete incurrant! perniciem iis afferent foedera, cum Aegyptiis Assyriisque iuncta. איסרם״ *puniam eos, prouti audiuerunt in coetibus suis*. *οἱ ο'*, *παιδεύσω αὐτοὺς ἐν τῇ ἀκοῇ τῆς θλίψεως*. Legerunt ergo ante שמע non כ, sed ב, et pro לעדתם, vel לרעתם, vel לצרתם, vt *Drusius* et *Cappellus* suspicati sunt, Aquila: *κατὰ ἀκοῆς τῆς συναγωγῆς*. כשמע *sicuti audiue-*

13 לַעֲדָתָם׃ אוֹי לָהֶם כִּי־נָדְדוּ מִמֶּנִּי שֹׁד לָהֶם כִּי־
פָשְׁעוּ בִי וְאָנֹכִי אֶפְדֵּם וְהֵמָּה דִּבְּרוּ עָלַי כְּזָבִים׃
14 וְלֹא־זָעֲקוּ אֵלַי בְּלִבָּם כִּי יְיֵלִילוּ עַל־מִשְׁכְּבוֹתָם עַל־
15 דָּגָן וְתִירוֹשׁ יִתְגּוֹדָדוּ יָסוּרוּ בִי׃ וַאֲנִי יִסַּרְתִּי חִזַּקְתִּי
זְרוֹעֹתָם

C. 7. v. 14. vulgo יִתְגּוֹרָרוּ

diuerunt, i. e. ficuti iis minatus fum, annunciaui. לעדתם *in conuentibus* publicis, per prophetas. עֵדָה concio populi. Ier. 6, 18.

13. נדדו *difcefferunt*. נדד vagari, verbum, de auibus proprium, Prov. 27, 8. h. l. idem quod פשע *perfide*, *egit*. ממני a me, i. e. a meo cultu. שד pernicies, calamitates et omnis generis mala, (Ief. 13, 6.) interitus, fcil. iis imminet. Symmach. διαφθορά. אפדם redimerem liberarem eos a pernicie, fi nimirum me animo fincero colerent; fed "דברו *loquuntur aduerfus me mendacium*, mentiuntur pietatem, fucata et temporaria eorum pietas eft. coll. 6, 5.

14. "ולא *non auxilium meum ex animo implorant*, preces interdum, calamitatibus oppreffi, ad me mittunt, fed pietas eorum non eft fincera, per breve tempus durans. כי quanquam. "ויליל *lamentantur in conuentibus fuis*, i. e. quamquam iis eft lamentandi caufa, quanquam funt calamitatibus preffi. משכב 1) lectus difcubitorius, in quo Orientales, cum conuentus habent, vel cum amicis colloquuntur, confident, der Sofa. Pf 149, 5. 2) conuentus ipfe, fiue publicus, fiue priuatus, vt h. l. et Pf. 4, 5. vbi vid. interpp. 3) lectus quiuis, lectus coniugalis, Gen 49, 4. Graece. λέκτρον, Eurip. Phoen. v. 14. v. *Faber* Archaeologie d. Hebräer. S. 430. *Arvieux* Reifen. Th. 1. S. 281. Pro יתגוררו legendum cum τοῖς ο' (ἐπὶ σίτῳ καὶ οἴνῳ κατετέμνοντο,) יתגודדו *incidunt fe*, fcil. lanceis, gladiolis, a גדד *incidit*. Sic etiam plures Codd. legunt, v. *de Roffi*. Lanceis autem et gladiolis fefe vulnerare et dilaniare, idolorum cultoribus in graui luctu in vfu erat. v. 1 Regg. 18, 28. Sed h. l. incidunt fe, eft dictum poetice, pro: idola colunt, eorum auxilium implorant; atque inopia frumenti et mufti commemorata eft, pro quauis graui calamitate. Conftituimus ergo

זְרוֹעֹתָם וְאֵלַי יְחַשְּׁבוּ־רָע׃ יָשׁוּבוּ׀ לֹא עָל הָיוּ 16
כְּקֶשֶׁת רְמִיָּה יִפְּלוּ בַחֶרֶב שָׂרֵיהֶם מִזַּעַם לְשׁוֹנָם זוֹ
לַעְגָּם בְּאֶרֶץ מִצְרָיִם׃

CAP. VIII.

go verborum ſenſum hunc: quamquam ſunt calamitatibus preſſi, tamen me neutiquam ſincero et poenitenti animo implorant et colunt, ſed ſi eos calamitas premit, ad idola confugiunt cf. v. 10. Caeterum alii interpretes, qui vulgatam lectionem יִתְגּוֹרָרוּ retinent, vertunt גור *congregare*, ob frumentum et muſtum congregantur. Contra quos tamen rectiſſime *Michaelis* Supplemm. ad Lexx. Hebr. ſ. v. גור monuit, congregandi notionem nec linguarum orientalium vſu, nec vllo certo exemplo Hebraico confirmari poſſe. Alii aliter. v. interpp. Vltima verſus verba יסורו בי propter concinnitatis leges ad v. ſeq. refero.

15 יסורו *recedunt a me*, cultum meum negligunt. בי poſitum pro מִמֶּנִּי, vt Ieſ 1, 2. יסרתי *caſtigaui eos*, calamitatibus eos affeci. חזקתי *confirmaui eorum bracchia*, i. e. auxilio meo iis adfui, victoriam iis conceſſi, v. Ezech. 30, 24. vbi haec formula eodem ſenſu legitur. Reſpexiſſe autem poeta videtur tempora Ierobeami ſecundi. "ואלי *contra me cogitarunt malum*, receſſerunt a me, cultum meum neglexerunt, pietatem mentiti ſunt. רע enim, vt probe notauit Ill. *Pfeifferus*, idem eſt, quod כזב v. 13.

16. "ישובו. Alii על poſitum exiſtimant pro אֶל עַל, vel לְעַל, hoc ſenſu: *non conuertunt ſe ad altiſſimum*; vel legendum eſſe praecipiunt על לא *conuertunt ſe ad idola*; ſic Syr. et οἱ ό, ἀπεστράφησαν εἰς οὐδέν. Praeplacet *Dathii* explicatio, orationis ſeriei conuenientiſſima. על, inquit, eſt ſummum et perfectiſſimum in ſuo genere, hinc על אפי ſignificat *ſummam iram*. Ier. 32, 31. 2 Regg. 24, 20. vid. *Venema* Commentar. in Maleach. 1, 5. Phraſis igitur huius loci שׁוּב לא על *reuerti*, ſ. *poenitentiam agere non perfecte*, mihi explicanda videtur de imperfecta et hypocritica poenitentia populi Iſraelitici." "כקשת *ſunt ſicut arcus doloſus*. Ita plerumque רמיה reddi ſolet. Sed, vt acute obſeruauit *Schnurrerus* V. C. ad Pſ. 78, 57. (Tubing. 1790. 4.) doloſus arcus, qui non recta ſcopum petit, ſed, alio ſe vertens, vel iaculatorem

rem

Cap. VIII.

1 אֶל־חִכְּךָ שֹׁפָר כַּנֶּשֶׁר עַל־בֵּית יְהוָה יַעַן עָבְרוּ בְרִיתִי

rem ipſum, vel alium, quem non debebat, ferit, aptam ad Deum comparationem vix permittit. Eſt potius *arcus remiſſus*, laxus, intendi neſcius, breui: inutilis. רמיה remiſſio, Prov. 10, 4. ad quem locum v. *Schultenſius*. יפלו *cadunt*, trucidantur ab ipſis Iſraelitis. "מזעם *per linguae ipſorum perfidiam.* Intelliguntur mendacia et periuria. זעם in lingua Arabum eſt *balbutire*; in coniug. quinta: *mentiri*; vid. *Michaelis* Supplemm. ad Lexx. Hebr. p. 640. "זו *hoc*, hanc eorum perfidiam, qua ſibi perniciem procreant, derident Aegyptii.

Cap. VIII. Annunciat propheta Iſraelitis interitum regni, a) propter idolorum cultum, b) propter reges, Deo diſplicentes, cuius generis erant interreges, Sacharia, Sallumus, Menahemus etc. c) propter foedera, quae cum aliis populis iunxerant. In fine orationis ſuae reprehendit quoque Iudaeos, qui nimis ſuis viribus confiderent. Atque haec ipſa Iudaeorum reprehenſio admodum probabiliter indicat, orationem hancce dictam eſſe, cum Pekahus Iſraelitarum, et Iothamus Iudaeorum reipublicae praeeſſent. Iothamus enim oppida et caſtella exſtruebat, de Ammonitis victoriam reportabat, eoſque ſibi ſubiiciebat, quo factum eſſe videtur, vt ciues, ſpreto Deo, ſuis vnice viribus confiderent, cuius tamen fiduciae ſpeique vanitatem euidenter ſatis oſtenderunt iis calamitates, quas regnante Ahaſo ſubibant. — 1. Oratio affectus plena! "אל *buccinam ori*, ſcil. admouete! vid. notata ad 5, 8. כנשר, nempe hoſtis irruit. Loquitur poeta admodum conciſe, et vel ſic eleganter exprimit periculum imminens; hoſtem nimirum (Aſſyrios) eſſe propinquum, breui Iſraelitas terrores et calamitates belli experturos eſſe. Sic etiam ipſa hoſtis cum aquila comparatio ſignificat impetus hoſtilis atrocem celeritatem. Eadem comparatio Hab. 1, 8. qui tamen eam accuratius exornavit. נשר eſt *vultur barbatus*. v. *Sam. Oedmanns* vermiſchte Samml. a. d. Naturkunde z. Erkl. d. heil. Schrift, a. d. Schwed. überſ. v. D. *Gröning*. Erſt. Hälft. c. 5. add. Hetzel. ad Mich. 1, 16. et *Stäudlin*. ad h. l. בית יהוה *familia Dei*, eſt

בְּרִיתִי וְעַל־תּוֹרָתִי פָּשָׁעוּ׃ לִי יִזְעָקוּ אֱלֹהַי יְדַעֲנוּךָ 2
יִשְׂרָאֵל׃ זָנַח יִשְׂרָאֵל טוֹב אוֹיֵב יִרְדְּפוּ׃ הֵם 3 4
הִמְלִיכוּ

C. 8. v. 3. vulgo יִרְדְּפוֹ

est ipse Israelitarum populus, vt Num. 12, 7. Hinc in N. T. Christiani dicuntur οἶκος Θεȣ̃, Hebr. 3, 6. 1 Tim. 3, 15. בריתי et תורתי synonyma, *leges, praecepta mea.* vid. not. ad 6, 7.

2. 3. Ad incitas redacti Israelitae preces ad Deum mittent, spem melioris sensus ostendent, sed frustra. vid. 6, 4. sqq. 7, 13. לי״ *auxilium meum implorabunt.* 7, 14. Ps. 22, 6. ידענוך verto: *te colere volumus;* etenim in omnibus fere linguis verba saepe simpliciter ita ponuntur, vt conatum indicent, et omissum sit, *velle.* Sed ידע est *coluit,* vt 2, 19. Nomen ישראל οἱ ὁ' et Syr. omittunt, ac debet sane abesse, cum non suo loco positum sit; immo librariorum incuria e v. 3. huc sit translatum. Quodsi vero retinere lubet, vel construi debet cum ויעקו, vt fecit *Dathius,* qui vertit: *Israelitae ad me clamabunt,* vel cum Houbigantio אלהי ישראל legendum est. 3. זנח״ *reiecerunt Israelitae felicitatem suam,* sibi ipsi flagitiis suis perniciem contraxerunt, coll. v. 7. זנח 1) foetuit, 2) reiecit. v. *Michaelis* Supplemm. ad Lexx. Hebr. p. 636. טוב felicitas. Ps. 16, 2. 31, 20. Deut. 23, 7. Pro יִרְדְּפוּ, οἱ ό, ἐχθρὸν κατεδίωξαν, legendum cum Chald. et Syr. nec non Vulg. *persequetur eum,* יִרְדְּפוֹ. Quanquam autem plerumque verba nostra reddi solent: *ideo eos hostis persequetur,* tamen verbum רדף mallem eo sensu accipere, vt sit: *expellere, propellere,* adeoque sensus exiстat hic: hostis eos expellet. Sic verbum Syriacum ܪܕܦ de nubibus propulsatis legitur 2 Petr. 2, 17. Posset quidem interpretatio solennis, vt nuper fecit Ven. *Vollborthius,* ita defendi, vt dicas: retineri ab Hosea imaginem, qua initio capitis vsus sit, petita a vulture barbato; sed eiusmodi constantia ab indole oraculorum Hoseae est cum maxime aliena, et praeterea haec ipsa interpretatio nimis quaesita videtur.

4. Enarrantur varia impietatis genera, quibus sibimet Israelitae mala grauissima arcessunt. הם״, scil. ישראל, quod collectiue positum est. לא״ reges sibi constituerunt, *qui non sunt ex me,* non ex mea

הִמְלִיכוּ וְלֹא מִמֶּנִּי הֵשִׂירוּ וְלֹא יָדָעְתִּי כַּסְפָּם וּזְהָבָם
5 עָשׂוּ לָהֶם עֲצַבִּים לְמַעַן יִכָּרֵתוּ׃ זָנַח עֶגְלֵךְ שֹׁמְרוֹן
חָרָה

Cap. 8. v. 4. Vulgo יִכָּרֵת

mea sententia, qui mihi non probantur, neque placent. vid. ad v. 9. השׂירו principes sibi fecerunt; intelliguntur magistratus, iudices, regis amici, iidem, qui 7, 7. שפטים dicuntur. ״ולא *qui mihi displicent.* ידע h. l. agnouit, probauit. Sic γνῶναι 1 Cor. 2, 14. vid. *Gatackerus* de Stilo N. T. c. 4. p. 33. Caeterum pro יִכָּרֵת haud dubie legendum est יִכָּרֵתוּ *exscindentur, delebuntur*, quam lectionem omnes versiones antiquae tuentur.

5. *Dathius*, secutus *Houbigantium*, arbitratur, traiectione primi membri v. 5. ad initium v. 6. omnes difficultates disparere. Vertit igitur: *ira mea in eos exarsit! quousque nullam admittent emendationem! abominabilis mibi est vitulus tuus o Samaria! est enim Israeliticum inuentum etc.* Probabilis sane et ingeniosa coniectura. Attamen haec traiectio non necessaria videtur, dummodo teneatur hoc, verba vltima versus 5. inde a vocula עד, parentheseos nota a reliquis verbis esse seiungenda. Quodsi nihilominus tamen huic verborum positioni durities quaedam videatur inesse, haec in Hosea, qui praeterea hic animo, maxime commoto et concitato, loquitur, ferenda est. זנח, scil. ל״ר, *foetuit, abominabilis fuit.* v. *Schroeder.* in Obss. Select. ad Origg. Hebr. p. 69. 80. et interpp. ad Prov. 17, 8. עגלך *vitulus tuus.* Haud sine specie veri suspicantur interpretes, etiam Samariae, cum haec esset sedes regia, vitulum, s. taurum cultum fuisse, praeter taurum Daniticum et Bethelensem. Sed Samaria notare etiam potest omnem Israelitarum rempublicam, sicuti vitulus cultum vitulinum in vniuersum. בם referendum ad Israelitas. ״עד *quam diu non poterunt* colere, s. exercere probitatem? Haec interrogatio negantis est; nolunt resipiscere, sese emendare, probitatis studiosi esse. Nimirum יכל h. l. reddi debet *velle*, vt δύνασθαι Ioh. 8, 43. Hesych. δύνασθαι· θέλειν. Etiam hebr. מאן *noluit, recusauit*, οἱ ο' Iob. 6, 7. vertunt, μὴ δύνασθαι. Apud יוכלו au-

 tem

חָרָה אַפִּי בָּם (עַד־מָתַי לֹא יוּכְלוּ נִקָּיֹן׃) כִּי מִיִּשְׂרָאֵל 6
וְהוּא חָרָשׁ עָשָׂהוּ וְלֹא אֱלֹהִים הוּא כִּי־שְׁבָבִים יִהְיֶה
עֵגֶל שֹׁמְרוֹן׃ כִּי רוּחַ יִזְרָעוּ וְסוּפָתָה יִקְצֹרוּ קָמָה 7
אֵין־לוֹ צֶמַח בְּלִי יַעֲשֶׂה־קֶּמַח אוּלַי יַעֲשֶׂה זָרִים
יִבְלָעֻהוּ׃

tem ſubintelligi debet, *colere, facere, exercere.* v. *Glaſſ.* Phil. S. p. 333. נקיון innocentia, probitas.

6. מישראל, ſcil. vitulus, eſt inuentum Iſraelitarum. Sed ישראל emphatice poſitum eſt; affertur cauſſa, ob quam vitulus abominabilis ſit Iouae; eſt inuentum Iſraelitarum, quos tot et tantis beneficiis ornaui. "חרש eſt inuentum humanum, et vos vitulum diuino cultu proſequimini. חרש artifex quilibet. Ieſ. 40, 19. 20. כי ideo, propterea. "שבבים *in fragmina ſcindetur*; שבבים eſt vocab. ἅπαξ λεγόμενον. *Schultenſius* Animadverſſ. Philoll. ad h. l. explicat *fragmenta lignorum*, quibus ignis excitari et foueri ſolet, ab Arab. شبّ *incendit.*

7. 8. "כי רוח. Locutio prouerbialis, de labore improbo et pernicioſo. Iob. 4, 8. Prov. 22, 8. Senſus: mala facinora committunt, poenam, miſeriam mercedis loco deportabunt. *Serere* Hebraeis ſaepe idem ac operari, et *metere* poenam, vel praemium ferre. Matth. 25, 24. 26. 2 Cor. 9, 6. Eſt autem ſermo de improbitate impietateque Iſraelitarum in vniuerſum, non de foederibus, quae cum aliis populis pangebant, vt volunt nonnulli; de his enim paulo poſt agitur. סופתה turbo, tempeſtas. Imago calamitatum. — Locutio prouerbialis illuſtratur. Ad ſignificandam miſeriam populi praeclare propheta mentionem fecit agrorum infertilitatis, cum prouerbium, paulo ante prolatum, ab agricultura deſumtum eſſet. "קמה *ſeges non germen*, ſcil. accipiet, *nec farinam faciet*, i. e. non maturitatem conſequetur. עשה *proferre*, Gen. 1, 11. Pſ. 1, 3. ποιεῖν, Matth. 3, 8. 7, 17. "אולי ſi forte farinam faceret. זרים barbari, hoſtes, Ieſ. 1, 7. 29, 5. Pſ. 54, 5. 109, 11. Homer. Il. ε', 214. יבלעהו conſument eam. בלע abſorpſit, conſumſit, perdidit. Ieſ. 9, 15. cf. *Michaelis* Supplemm. ad Lexx. Hebr. p. 185. 8. Eleganter retinuit verbum בלע; *conſumetur Iſrael*, nulla amplius erit Iſrae-

8 יִבְלָעֻהוּ׃ נִבְלַע יִשְׂרָאֵל עַתָּה הָיוּ בַגּוֹיִם כִּכְלִי אֵין־
9 חֵפֶץ בּוֹ׃ כִּי־הֵמָּה עָלוּ אַשּׁוּר פֶּרֶא בּוֹדֵד לוֹ אֶפְרַיִם
10 הִתְנוּ אֲהָבִים׃ גַּם כִּי־יִתְנוּ בַגּוֹיִם עַתָּה אֲקַבְּצֵם
וַיָּחֵלּוּ

D 2

Iſraelitarum reſpublica, interibit ea. "ככלי *oi o'* bene, ὡς σκεῦος ἄχρηστον. Vulg. *quaſi vas immundum.* Loci ſimiles, Ier. 22, 28. 48, 38. Iſraelitae, diſſipati inter gentes, (בגוים) contemti viuent. חפץ curare, in pretio habere h. l.

9. Probe tenendum, prophetam, qui varii generis peccata Iſraelitarum recenſet, non tantum ea notare et reprehendere, quae iam temporis, cum hanc orationem haberet, committere ſolebant, ſed ea quoque, quae antea commiſerant. עלה idem quod הלך, 7, 12. auxilium petituri ſe conuertunt ad Aſſyrios. Factum id erat tempore inprimis interregni, etiam Menahemo regnante. פרא equus Hemionus, der wilde Mauleſel, hominum adſpectum fugit, nec domari, vel manſuefieri vllo pacto poteſt. Cf. praeter *Oedmanni* l. c. Heft. 2. c. 1. *Pallas* Ruſſiſche Reiſe Th. 3. p. 217. *Bochart.* Hieroz. T. I. p. 870. et *Roſenmüllerus*, Scholia ad Gen. 16, 12. Ante פרא ſupplendum כ et hunc in modum verborum ordo conſtituendus: Ephraimitae ſimiles ſunt equo hemiono. לו enim redundat, vt Ieſ. 31, 8. Amos 2, 13. Equus hemionus eſt imago libertatis, et vero etiam feritatis. v. interpp. ad Iob. 39, 5. Itaque ſenſus eſt: Iſraelitae domari nequeunt, ſuam voluntatem ſequuntur omnes cohortationes et admonitiones ſuſque deque habent. בודד *ſolitarius*, ſeorſim viuens. Mich. 7, 14. Ieſ. 14, 31. epitheton ornantis. Aquila vertit, μονάζων. "התנו *munera dant amatoria;* recte *Bahrdtius:* tributa, quae ſoluebantur barbaris et quibus auxilia ſibi mittenda ſtipulauerant Ephraimitae, cum mercede meretricia comparantur, quia tale conſilium erat perfidia in Deum, tanquam dominum (maritum) Iudaeae.

10. גם כי etſi, quamquam. Ieſ. 1, 15. Hoſ. 9, 16. "אקבצם *congregabo*, ſcil. populos, contra eos, Iſraelitas. ויחלו *liberabunt.* nempe אותם, (de qua pronominis ellipſi v. *Glaſſius* Phil. S. p. 172. ſq.) *eos*, Iſraelitas, populi nimirum. חלל in lingua Arab. eſt 1) ſoluere nodum,

וַיָּחֵלּוּ מְּעָט מִמַּשָּׂא מֶלֶךְ שָׂרִים׃ כִּי־הִרְבָּה אֶפְרַיִם 11
מִזְבְּחוֹת לַחֲטֹא הָיוּ־לוֹ מִזְבְּחוֹת לַחֲטֹא׃ אֶכְתּוֹב־לוֹ 12
רֻבּוֹ תּוֹרָתִי כְּמוֹ־זָר נֶחְשָׁבוּ׃ זִבְחֵי הַבְהָבַי יִזְבְּחוּ 13
בָשָׂר וַיֹּאכֵלוּ יְהוָה לֹא רָצָם עַתָּה יִזְכֹּר עֲוֹנָם וְיִפְקֹד
חַטֹּאתָם הֵמָּה מִצְרַיִם יָשׁוּבוּ׃ וַיִּשְׁכַּח יִשְׂרָאֵל אֶת־ 14
עֹשֵׂהוּ

dum, 2) liberare. v. *Michaelis* Supplemm. p. 773. Syr. Vulg. *οἱ ὀ, κοπάσουσι, quiescent*, vnde *Dathius* suspicatur, eos legisse יָחֵלּוּ, a יחל *exspectauit*, vel יֶחְדְּלוּ. Dicta autem sunt haec ironice; hostes eos *paulisper* (i. e. per longum tempus,) liberabunt a regibus et principibus, qui iis tanto oneri sunt, tot iis molestias procreant. Respexit, vt nemo non videt, propheta tempora interregni, Sallumi, Menahemi etc. Pro שרים cum interpretibus antiquis ושרים legendum est.

11—14. Verbum חטא duplici sensu legitur; primo notat: *peccare*, deinde *labi*, *puniri*. "היו *arae* (i. e. idolorum cultus,) *erunt iis perniciei*, peccati poenam iis afferent. v. *Stäudlinius*. "אכתוב *leges tuli* כתב 1) scribere, 2) leges praescribere, ferre, Ps. 40, 8. etiam Graeci vtuntur verbo γράφειν de legibus. "רבו *multitudines legum mearum*, i. e. multas leges. לו Ephraimitis. "כמו pro legibus peregrinis eas habuerunt, ac si ad ipsos non pertinerent, eas prorsus neglexerunt. 13. "זבחי, quod attinet sacrificia, dona mea, i. e. mihi debita. הבהבים voc. ἅπαξ λεγόμενον, a יהב propr. 1) posuit, 2) dedit, cum verba *ponendi* habeant notionem etiam *dandi*. Sacrificia vocantur *dona*, quatenus Deus semper proponitur tanquam rex Israelitarum supremus, in Oriente autem coram rege, vel principe sine donis et munusculis apparere, nefas erat. "ויאכלו immolant, sed non mei colendi caussa, immo potius, vt occasionem nanciscantur laute conuiuandi. Re diuina peracta coena sacrificialis institui solebat, Iudaeos in primis haec verba spectare videntur. "יזכור *recordabitur iniquitatis eorum*, idem quod, "יפקד puniet eos, quibus verbis priora explicantur. מצרים fugient e patria deuastata in Aegyptum, vid 9, 3. 6. וישכח negligit Dei cultum, colit idola. עשהו *creatoris sui*, i. e. Dei

עֹשֵׂהוּ וַיִּבֶן הֵיכָלוֹת וִיהוּדָה הִרְבָּה עָרִים בְּצֻרוֹת
וְשִׁלַּחְתִּי אֵשׁ בְּעָרָיו וְאָכְלָה אַרְמְנֹתֶיהָ׃

CAP. IX.

1 אַל־תִּשְׂמַח יִשְׂרָאֵל אֶל־גִּיל כָּעַמִּים כִּי זָנִיתָ מֵעַל
אֱלֹהֶיךָ׃

C. 9. v. 1. vulgo אַל־גִּיל

Dei tutelaris, qui populo, inde a prima infantia (2, 14. 9, 20.), tot et tanta beneficia tribuit. "ויבן exstruit castella, his nititur, non in me spem suam reponit. "ושלחתי incendio cremanda curabo. Hostes terram vastabunt.

Cap. IX. Pace et felici rerum statu fruebantur Israelitae, larga ac benigna iis praeterea fuerat messis, cum Hoseas oraculum illud, quod hoc cap. continetur, proferret. Tristis nimirum animaduertebat, populares suos opes diuitiasque, quas possiderent, omnes, fertilitatem terrae, florentemque iam temporis reipublicae conditionem, non Deo, sed idolis adscribere. Hunc igitur populi in Deum animum ingratum viuis coloribus depingit, et ostendit, summum numen certissime grauissimeque populi ingrati delicta puniturum esse. Praesagit sterilitatem agrorum, matrumque, vastationem regionis, incolarum e patria eiectionem, — miseriam summam. Editum videtur hoc oraculum esse regnante Ierobeamo secundo, cuius aetati descriptio illa de opibus, diuitiis, et florente populi conditione v. 1. 11. apprime conuenit. 1. 2. אל גיל *secundum laetitiam.* Ita quidem vulgo; sed praefero lectionem τῶν ό, (μηδὲ εὐφραίνε.) Vulg. Syr. Chald. Arab. אַל־גִּיל, ita, vt גיל sit imperatiuus, *noli laetari.* Verbum autem גול proprie notat: *in orbem verti, circuire,* vnde de pompa solenni, quae circum altare, vel locum sacrum, vti etiamnum apud Arabes mos est, agitur. Vid. *Herder* Geist d. Hebr. Poësie Th. 2. S. 400. et nos in libro: Messianische Weissagungen d. A. T. ad Ps. 2, 10. Atque hoc sensu et h. l. equidem verbum גול acciperem, nimirum de pompa solenni, messis et vindemiae tempore fortassis circum ipsas areas, vel torcularia, in honorem idolorum

אלהיך אהבת אתנן על כל־גרנות דגן׃ גרן ויקב 2
לא ירעם ותירוש יכחש בם׃ לא ישבו בארץ יהוה 3
ושב אפרים מצרים באשור טמא יאכלו׃ לא־יסכו 4
ליהוה

C. 9. v. 2. vulgo בָּהּ

rum acta. 2) laetari, 3) dolere, vt 10, 5. vid *Müllerus* in Satura Obseruatt. p. 172. *Schultens.* ad Iob. p. 79. Nolite, inquit ergo propheta, gentilium more, pompam solennem ducere; vana est vestra laetitia. cf. v. 2. כעמים pro more ad exemplum aliarum gentium. כ respondet Graec κατὰ, quod hoc eodem sensu extat Eph. 2, 2. etc. "אהבת sensus: laetaris de areis, frumento repletis, ita, vt copiam frumenti idolis adscribas, eamque existimes praemium esse cultus tui idolorum. אתנן idem quod אתנה. vid. 2, 14. — Ostenditur v. 2. quam ob caussam vana sit inanisque Israelitarum laetitia. גרן *area*, docte pro: *frumentum*, vt et יקב *torcular* pro: *vinum*. Sterilitatem annonaeque caritatem iis immittam. עקב Arab. وقب *depressus fuit in cauitate sua*, vnde وقب *scrobs*, s. fouea in monte, in qua restagnat aqua, item, *puteus*, vnde significatio *lacus torcularis*. v. *Rosenmüller*. Scholia ad Ies. 5, 2. "ותירוש *mustum eos fallet* Horat. Epist. 1, 7. 87. *spem mentita seges*. Carm. 3, 1. 30. *fundus mendax*, i. e. infructuosus. Ergo h. l. non erit vindemia, non erit prouentus in vineis. Similes loci Hab. 3, 17. Ies. 58, 11. Caeterum pro בה cum plurimis Codd. τοῖς ο', (ἐψεύσατο αὐτούς.) Chald. Vulg. (*vinum mentietur eis.*) Syr. et Arab. legendum בם.

3. לא ישבו non *secure* in patria habitabunt. Secura regionis possessio etiam aliis in locis. v. c. Ezech. 34, 25. etc. est imago felicitatis. ארץ יהוה terra, Iouae sancta, fertilis, quam profanant. ישב h. l. viuere, commorari, vt saepius. מצרים. Multi enim e patria vastata in Aegyptum fugiebant. שב redibunt, eo, vnde quondam venerant, in Aegyptum. "טמא *immundos cibos edent*. Captiui enim et exules non accurate obseruare poterant leges Mosaicas, respectu ciborum licitorum illicitorumue. Non autem

לַיהוָה יַיִן וְלֹא יֶעֶרְבוּ־לוֹ זִבְחֵיהֶם כְּלֶחֶם אוֹנִים לָהֶם
כָּל־אֹכְלָיו יִטַּמָּאוּ כִּי־לַחְמָם לְנַפְשָׁם לֹא יָבוֹא בֵּית
יְהוָה׃

tem arbitror, sermonem h. l. esse de interitu Israelitarum regni, sed omnino de vastatione regionis summa per Assyrios, interregni, etiam Menahemi etc. tempore.

4. "ל"א *non libabunt*, non offerre poterunt libamina, captiui nimirum et exules. יין vinum. Haec vini libatio pro sacrificiis quibusuis. נסך libauit, effudit; verbum, hac in re proprium. ולא *neque etiam ei placerent*, scil. נִסְכֵּיהֶם libamina eorum. De hac nominis coniugati ellipsi vid. *Glassius* Phil. S. p. 624. ערב propr. *miscuit*, deinde, *gratus*, *acceptus*, *dulcis fuit*, de somno, Ier. 31, 26. Prov. 3, 14. de desiderio impleto, Prov. 13, 19. de sacrificiis, Deo acceptis, Ier. 6, 10. Mal. 3, 4. atque sic h. l. "כלחם veluti epulae funebres iis forent. לחם omnino, *cibus quicunque*. 2 Sam. 3, 29. Pro לחם Ionathan habet מזון Deut. 10, 18. Vulg. *victus*, et 2 Sam. 12, 17. *cibus*. Origenes Commentar. in Ioh. p. 165. A. T. 2. Colon. *οὐκ ἀγνοητέον μέντοι γε, ὅτι πᾶσα τροφὴ καταχρηστικώτερον ἄρτος λέγεται, ὡς ἐπὶ Μωϋσέως ἐν τῷ Δευτερονομίῳ* (9, 9.) *γέγραπται. Τεσσαράκοντα ἡμέρας ἄρτον οὐκ ἔφαγε, καὶ ὕδωρ οὐκ ἔπιεν, ἀντὶ τοῦ, οὔτε ξηρᾶς, οὔτε ὑγρᾶς μετείληφε τροφῆς.* v. *Fischerus* Proluss. de Vitt. Lexx. N. T. p. 306. add. Ps. 41, 10. vbi *οἱ ό*, *ὁ ἐσθίων ἄρτους μου*· sed Prov. 23, 6. לחם את-לחם vertunt, *συνδειπνεῖν*. H. l. לחם *epulae*, et quidem אונים *epulae lugentium*. Quo sensu comparet propheta Israelitarum sacrificia cum epulis funebribus, docent sqq. verba: "כל *conuiua quilibet polluitur*. Solebant nimirum apud Hebraeos mortui cognati conuiuia funebria, *περίδειπνα*, instruere, ad quae concelebranda reliquos cognatos et propinquos inuitabant; 2 Sam. 3, 35. Ier. 16, 7. sed qui his epulis intererant, eo ipso polluebantur, sicuti omnino negotium funebre immundum censebatur; vnde etiam nihil, Deo sacrum, veluti decimas etc. ad illas epulas adhibere licebat. Deut. 26, 14. Sensus: eundem effectum haberent sacrificia illa, quam habent epulae lugubres, nempe *polluerent ipsos*, peccarent, dum ea offerrent. Pollutio saepe idem, quod peccatum 6, 10. לנפשם vim habet

יְהוָֽה׃ מַה־תַּעֲשׂוּ לְיוֹם מוֹעֵד וּלְיוֹם חַג־יְהוָֽה׃ 5
כִּֽי־הִנֵּה הָלְכוּ מִשֹּׁד מִצְרַיִם תְּקַבְּצֵם מֹף תְּקַבְּרֵם 6
מַחְמַד לְכַסְפָּם קִמּוֹשׂ יִירָשֵׁם חוֹחַ בְּאָהֳלֵיהֶֽם׃ בָּאוּ 7
יְמֵי

bet pronominis, cibo ipsi vescentur, s. vt *Dathius* vertit: cibus eorum, eorum vsibus tantum poterit inseruire. "לא non poterit deferri ad Iouae templum. *Grotius* aliique; omiserunt id, cum possent, tempus veniet, vt libare Deo velint et non possint. In Assyria non poterunt libamina offerre, si vellent rem sacram facere, (similis locus. 5. 6.) displiceret Deo, quoniam contra legem, in solo profano, nimis longe remoti a templo, nec in eo, illa sacrificia offerrent.

5. 6. Quid facietis "ליום *diebus conuentus solennis*, festo paschali etc. et ליום *reliquis diebus festis?* vid. 2, 10. *οἱ ό*, τί ποιήσετε ἐν ἡμέραις πανηγύρεως καὶ ἐν ἡμέρᾳ ἑορτῆς τοῦ κυρίου. Sequitur responsio v. 6. his ipsis diebus solennibus et hilaritati dicatis e patria vastata fugietis! Alii hunc sensum verborum constituunt: exules festa non poteritis celebrare! nimis languide. הלכו fugient. משד e patria deuastata. תקבצם *colliget eos.* קבץ *collegit*, verbum de sepultura proprium. Ezech. 29, 5. מף Memphis, hodie Cairo. v. *Cellarius* Geogr. Antiq. 2. p. 809. „Memphis eo tempore metropolis erat Aegypti, antequam Alexandria et magnitudinem et nomen vrbis acciperet." *Hieronymus*. Metropolis h. l. pro regione ipsa. תקברם *sepeliet eos*, ornate, pro: non inde redibunt, in Aegypto reliquam vitam transigent. In terra vero peregrina mori, populis antiquis tristissimum erat, vnde v. c. ap. Soph. Oed. Col. 402. τύμβος δυςηχῶν *tumulus infelix* est tumulus in terra peregrina. Animaduerte quanta cura et diligentia versetur Hoseas in depingenda miseria, improbitatem populi secutura, quam variis coloribus imaginem exornet! Sequitur sententia haec: patria desolata iacet! "מחמד *desiderabile*, s. *desiderium argenti eorum.* Esse de aedificiis, palatiis sermonem, docet verbum יירשם et synon. אהליהם. Sunt ergo aedificia, argento ornata, magnis sumtibus et magnifice exstructa, intelligenda. קימוש *vrtica vrens.* Celsius Hierobot.

l. I.

וִימֵי הַפְּקֻדָּה בָּאוּ יְמֵי הַשִּׁלֻּם יֵדְעוּ יִשְׂרָאֵל אֱוִיל הַנָּבִיא
מְשֻׁגָּע אִישׁ הָרוּחַ עַל רֹב עֲוֺנְךָ וְרַבָּה מַשְׂטֵמָה׃
8 צֹפֶה אֶפְרַיִם עִם־אֱלֹהָי נָבִיא פַּח יָקוֹשׁ עַל־כָּל־
דְּרָכָיו

l. l. p. 206. sqq. יירשם *occupabit ea*, crescet ibi. Loci similes Ies. 32, 13. 34, 13. חוח *spina*.

7. Ad exprimendam notionem hanc, certissime poenam esse venturam, Hoseas poetarum Hebraeorum more, eam iam appropinquare dicit. vid. ad 1, 14. פקדה et שלם synonyma, *poena*. הנביא *falsi prophetae*, qui Israelitis Ierobeami tempore perpetuam felicitatem et victoriam vaticinabantur, atque vel hoc modo idolorum cultum promouebant. אויל *stultus*. Ies. 19, 11. משגע *demens*, *insanus*. שגע propr. secessit a via, 2) errauit, diuagatus est, Ezech. 34, 6. 3) si ad animum transfertur, amentem, mente captum esse. Ier. 29, 26. "איש idem quod נביא, ἄνθρωπος πνευματοφόρος. ~~Mich.~~ "על *multitudo*, s. *atrocitas poenarum*, te scil. docebit, prophetam fuisse insanum, ex earum grauitate hoc cognosces. "ורבה *et ex calamitatum acerbitate*. שטם odio persecutus est, 2) persecutus est, Gen. 49, 23. 3) calamitate affecit. Gen. 27, 41. Ps. 55, 4. Iob. 30, 21. inde substantiuum משטמה odium, 2) persecutio, 3) vinculum. vid. ad v. 8. 4) calamitas, vt h. l. *Dathius* verba nostra vertit: *propter tot vestra peccata odiumque implacabile* (in Deum) *ista vobis euenient*. *Schultens*. Clav. Dialect. p. 258. משטמה deducit a שטן *aduersari*.

8. "צופה. Inter varias horum verborum explicationes ea, quam *Dathius* protulit, haud dubie simplicissima est. עם explicat praeter, vt Ps. 73, 25. et צפה eo sensu positum existimat, vt sit *auxilia inquirere*. Thren. 4, 17. (Mich. 7, 7. Ps. 5, 4.) Recte. Sed non cogitandum de auxiliis, quae sibi Israelitae ab aliis populis expetebant; immo cum in antecedd. et seqq. de falsis prophetis sermo sit, cogitandum est de auxilio, quod ab idolis exspectabant, de oraculis, quae consulebant, 4, 11. Et צפה est *oraculum petere*, Habac. 2, 1. ad quem locum cf. interpp. Itaque sensus est: Israelitae, neglecto Deo, quem ego colo (אלהי), auxilium sibi ab

דְּרָכָיו מַשְׂטֵמָה בְּבֵית אֱלֹהָיו׃ הֶעְמִיקוּ שִׁחֵתוּ כִּימֵי 9
הַגִּבְעָה יִזְכּוֹר עֲוֹנָם יִפְקוֹד חַטֹּאותָם׃ כַּעֲנָבִים בַּמִּדְבָּר 10
מָצָאתִי

ab idolis expetunt, oraculum et auxilium. נביא prophetae *eorum falsi* sunt similes laqueo aucupis; (Eadem imago 5, 1.) seducunt, corrumpunt, perdunt eos, dum populo flagitioso perpetuam felicitatem pollicentur. "על *in omnibus viis*, i. e. actionibus suis. Quicquid agit propheta ille falsus, eo spectat, vt plebs credula decipiatur. אלהים cum de prophetis falsis sermo sit, intelliguntur *idola*. משטמה h. l. *vinculum, compes*, vt Syr. ܡܣܛܡܐ Marc. 5, 4. a rad. ܣܛܡ *compediuit, vinxit*, Arab. سَطَمَ *clausit*. Propheta similis est vinculo in templo idoli sui, ibi seducit, vaticinia edens, populum. Paulo ante comparabatur propheta falsus cum laqueo. Alii vertunt: odio commotus aduersus templum Hierosolymitanum; vt adeo משטמה sit h. l. *odium*. *Dathius*: animo (in Deum) infensissimo sunt in templo idolorum suorum. Alii aliter.

9. "העמיקו. Vulg. *profunde peccarunt*, i. e. plane corrupti, perditi sunt. Ies. 31, 6. העמיקו h. l. vim aduerbii habet. v. *Glassius* Phil. S. p. 272. Illustratur sententia exemplo. "כימי *sicuti diebus Gibeae*. Respicitur ad historiam, quae legitur Iudd. 19. Vt illud abominabile facinus satis luculenter ostendit, improbitatem in animis Israelitarum altas radices egisse, ita et nunc se res habet; improbitas dominatur, grauissima scelera committunt. "יזכור vid. notata ad 8, 13.

10. Cum iam propheta respexerit tempora antiquiora, inde occasionem sumit popularibus suis perditis ac sceleratis pristina beneficia Dei, maioribus ipsorum exhibita, sed horum simul ingratum animum in memoriam reuocandi, vt sic eo luculentius appareret et Israelitarum improbitatis grauitas, et vindictae, quam Deus de iis sumturus esset, certitudo atque acerbitas. "כענבים *sicuti vuas in deserto inueni Ephraimitas*. מצאתי *inueni*, instar rei fortuitae, curam eius habui. Est imago amoris et curae. *Desertum* exprimit τὸ *fortuitum* et *insperatum*. Locus parallel. Deut. 32, 10. vbi dicitur, *invenit*

מָצָאתִי יִשְׂרָאֵל כְּבִכּוּרָה בִתְאֵנָה בְּרֵאשִׁיתָהּ רָאִיתִי
אֲבוֹתֵיכֶם הֵמָּה בָּאוּ בַעַל־פְּעוֹר וַיִּנָּזְרוּ לַבֹּשֶׁת וַיִּהְיוּ
11 שִׁקּוּצִים כְּאָהֳבָם׃ אֶפְרַיִם כָּעוֹף יִתְעוֹפֵף כְּבוֹדָם
12 מִלֵּדָה וּמִבֶּטֶן וּמֵהֵרָיוֹן׃ כִּי אִם־יְגַדְּלוּ אֶת־בְּנֵיהֶם
וְשִׁכַּלְתִּים

venit eum in terra deserta — custodiuit eum, vt pupillam oculi sui. "כְּבִכּוּרָה *ficus praecox.* „Quae sit ficuum praecocium, in deliciis habitarum, ratio, optime docet *Shaw* Trauels p. 370. Pleraeque ficus mense demum Augusto maturescunt, sed sunt, quae hiemem clementem perdurent, ac primo vere et maturitatis tempore et suauitate reliquas praecellant, ideoque auidissime petantur.“ *Doederlein* ad Ies. 28, 4. add. *Michaelis* Supplemm. p. 176. *Buhle* Calend. Palaest. p. 15. אבותיכם simpliciter vestros maiores. ראיתי cum singulari voluptate, oblectatione *vidi*, Ps. 22, 18. 35, 21. interdum ראה *curam habuit, prouidit* h. l. vt βλέπειν, Col. 4, 17 διαβλέπειν, Matth. 7, 5. בעל־פעור *Baal-Peor,* erat idolum Moabitarum, de quo cf. *Seldenus* in Syntagm. de Diis Syris p. 262. sqq. de re, Num. 25, 1 sqq. Ps. 106, 28. באו iuerunt in templum. ויגזרו *se dicarunt;* pro quo Ps. 106, 28. legitur ויצמדו *alligarunt, iunxerunt se.* לבשת *ignominiae,* i. e. ignominioso, turpi idolo. "ויהיו *et facti sunt abominabiles* mihi. כאהבם *sicuti id* idolum, *quod amabant,* i. e colebant, cui sese dicarant; verbum אהב de idolorum cultoribus proprium.

11. אפרים quod attinet Ephraimitas. "כעוף *auis instar auolabit*, imago celeritatis, ergo velociter, subito. Sapient. 5, 11. כבודם *gloria eorum*, intelliguntur liberi. Hebraei enim largam sobolem in summa felicitatis parte ponebant. Hinc Luc. 1, 47. ταπείνωσις est sterilitas, "מלדה *nec partus, nec vterus, nec conceptus*, scil. erit. Inest his verbis gradatio. מלדה non procreabunt liberos. מבטן nec vterus erit, ne vterum quidem gestabunt, abortient.

12. "יגדלו. Bene *Dathius* sensum loci expressit: *si quibusdam forte contingat, liberos ad aliquam aetatem educare,* גדל Piel, educare, educere in proceritatem, iungitur hoc sensu verbo רמם Ezech. 31, 4. Ies. 23, 4. "ושכלתים propr. *orbabo eos a viris.* Chald. recte, מִלְמֶהֱוֵי גֻּבְרִין *ne sint viri*, h. e. non

וְשִׁכַּלְתִּים מֵאָדָם כִּי־גַם־אוֹי לָהֶם בְּסוּרִי מֵהֶם׃
אֶפְרַיִם כַּאֲשֶׁר־רָאִיתִי לְצוֹר שְׁתוּלָה בְנָוֶה וְאֶפְרַיִם 13
לְהוֹצִיא אֶל־הֹרֵג בָּנָיו׃ תֵּן־לָהֶם יְהוָה מַה־תִּתֵּן 14
תֵּן־

C. 9. v. 12. vulgo בְּשׂוּרִי

non ad virilem aetatem pervenient. אדם *homo*, pro viro. "כי" profecto infelices erunt. "בסורי" *vbi ab iis discessero*, i. e. fauorem et auxilium meum iis detraxero. Pro בשורי *Michaelis* ingeniose satis coniecit בְּשׂוּרִים הֵם *namque et laeti nuntii* (*de nata sobole*) *vae illis sunt*, sunt nuntii infelices. Sed haud dubie legendum est בסורי cum Codd. nonnullis Vulg. Chald. Aquila.

13. Propheta in eo est, vt exornet sententiam hanc: Ephraimitae, de florente reipublicae conditione iam temporis gloriantes (v. 11, 13.), liberis priuabuntur, numerus eorum minuetur. Praedicit ergo propheta, matres fore infoecundas, (*nec partum, nec vterum, nec conceptum fore*, v. 11.) adolescentes in proeliis occisum iri, (*liberos ad aliquam aetatem educatos e medio sublatum iri*, v. 12) et, vt eo plus ponderis acciperet oratio, vt eo grauius auditorum animos feriret futurae miseriae praedictio, iterum (cf. v. 11.) florem praesentem reipublicae commemorat, et comparat eum cum Tyri flore, de quo cf. Ies. 23. Ezech. 27. etc. "אפרים *Ephraimitarum rempublicam, si eam inspicio, similem reperio Tyro.* Alii interpretes צור explicant *petra*, vt et fecerunt Aquila, Symmachus, Theodotion, et vertunt verba: *video, Ephraimitas destinatos esse petrae*, vt ei infantes illidantur; sed hanc interpretationem leges Grammatices, vtpote nimis duram, repudiant. *οἱ ό, εἰς θῆραν παρέστησαν τὰ τέκνα αὐτῶν·* legisse videntur, לַצַּיִד שָׁתוּ בָּנֶיהָ. "שתולה *plantata, sita*, verbum de arboribus proprium. Ps. 1, 3. נוה locus amoenus, regio amoena. "להוציא producere debebit filios suos trucidandos hostibus, adolescentes, in aciem educti, in proeliis interficientur.

14. Oratio, affectus plena. Amore in populares commotus, optat Hoseas, vt feminae sint steriles potius, (quamquam et hoc graue infortunium,) quam liberi earundem ab

15 תֵּן־לָהֶם רֶחֶם מַשְׁכִּיל וְשָׁדַיִם צֹמְקִים׃ כָּל־רָעָתָם
בַּגִּלְגָּל כִּי־שָׁם שְׂנֵאתִים עַל רֹעַ מַעַלְלֵיהֶם מִבֵּיתִי
אֲגָרְשֵׁם לֹא אוֹסֵף אַהֲבָתָם כָּל־שָׂרֵיהֶם סֹרְרִים׃
16 הֻכָּה אֶפְרַיִם שָׁרְשָׁם יָבֵשׁ פְּרִי בְּלִי־יַעֲשׂוּן גַּם כִּי
יֵלֵדוּן

ab hostibus crudeliter interficiantur. מה־תתן *quid dabis iis?* sunt quidem poena dignissimi; sed mitiga eam. רחם" *vuluam sterilem abortientem.* ושדים" *et vbera arentia;* ne iis contingant infantes lactentes. צמקים inde aliquoties notat *vuas passas*, vt 1 Sam. 25, 18. vbi cum דְּבֵלִים, i. e. ficubus siccis et in vnam massam compressis, coniungitur. Caeterum similis locus Luc. 23, 29.

15. Respondet Deus ad preces prophetae. כל" sedes idololatriae nunc temporis praecipua, et fons omnium reliquorum scelerum est Gilgal. cf. 4, 15. Amos 4, 4. שם *ibi*, nimirum idola colentes. שנאתים mihi sunt exosi, detestabiles, digni sunt, quos puniam. מביתי" *e familia mea eos expellam*, i. e. non amplius erunt mea familia, populus peculiaris. vid. ad 8, 1. Explicatur addito לא" *non amplius eos amabo*, i. e. cura mea singulari amplectar, eripiam iis mea beneficia, puniam eos. גרש expulit, idem quod שלח, quo cum verbo permutatur Gen. 3, 23. Exod. 10, 11. כל" *omnes primores populi*, (rex et reliqui magistratus,) *sunt rebelles*, perfidi in me. Qualis rex, talis grex.

16. 17. הכה *percutientur Ephraimitae.* הכה verbum, de stirpibus, vel herbis proprium, quae, vermis morsu tactae, aut solis calore exustae, exarescunt. Ps. 102, 5. Ion. 4, 7. Populi interdum cum arboribus et herbis comparantur. Hos. 10, 1. 14, 8. Amos 2, 9. שרשם" *radix ipsorum xarescit.* Imaginem alterum membrum explicat; annunciatur orbitas liberorum. פרי" *non fructus ferent*, i. e. liberos procreabunt. עשה proferre, 8, 7. Sic Graec. ποιεῖν, Matth. 3, 10. pro φέρειν. Aristotel. de Plantis 1, 4. ποιοῦσι καρπόν. גם" *etiamsi procrearent*, *trucidabo desideria ventris ipsorum;* inconcussae manent minationes meae. בטנם *ventris ipsorum*, illustrantis est. מחמדי *desideria* intelliguntur liberi. Eleganter hoc vocab. vsus est de liberis, qui, quo rariores, eo cariores parentibus erant. —

Cic.

יֵלֵדוּן וְהֵמַתִּי מַחֲמַדֵּי בִטְנָם׃ יִמְאָסֵם אֱלֹהַי כִּי לֹא 17
שָׁמְעוּ לוֹ וְיִהְיוּ נֹדְדִים בַּגּוֹיִם׃

CAP. X.

גֶּפֶן בּוֹקֵק יִשְׂרָאֵל פְּרִי יְשַׁוֶּה־לּוֹ כְּרֹב לְפִרְיוֹ 1
הִרְבָּה לַמִּזְבְּחוֹת כְּטוֹב לְאַרְצוֹ הֵיטִיבוּ מַצֵּבוֹת׃ חָלַק 2
לִבָּם

Cic. Epp. ad Fam. 14, 2. *valete mea desideria, valete!* de vxore et liberis. 17. וימאסם *repudiabit eos*, idem quod מביתי אגרשם e familia mea eos expellam, v. 15. אלהי *Deus meus*, quem colo, vt v. 8. שמעו obediunt, obtemperant. Sic ἀκούειν Matth. 8, 47. 17, 5. לו ei, eiusque prophetis. "ויהיו *ergo vagi inter gentes errabunt exules*. נדד 1) vagatus est, errauit, 2) fugit, 3) aufugit, de auibus, celeriter auolantibus. Ier. 4, 25.

Cap. X. Parte prima huius orationis, quae regnante Hosea habita videtur, cf. v. 3. 4. 6. 15. castigat propheta perfidiam Israelitarum in Deum, et in pangendis foederibus, minaturque vastationem patriae, destructionem templorum altariumque idolorum, quae tam ardenter colerent, omninoque interitum regni. — 1. גפן בוקק *vitis frondosa erat*, vitis, multos ramos, multas propagines emittens. *οἱ ο'*, ἄμπελος εὐκληματοῦσα. Symmach. ὑλομανοῦσα. Aquila, ἔνυδρος. Vulg. *frondosa*. Imago depingit magnum populi numerum. Ies. 5, 7. cum vinea comparatur Israelitarum populus, et Ps 80, 9. vocatur vitis. בקק in lingua Arabica, est: *multam prolem edidit*. Respexit fortasse propheta florentem populi sub Ieroboamo II. conditionem. "פרי fructus largos, copiosos edebat. "כרב *secundum multitudinem fructuum*, i. e. quo numerosior erat populus, *eo plures exstruebant aras*, eo ardentius idola colebant. Loci paralleli 7, 14. 9, 10. "טוב fertilitas terrae. Sensus: quo florentior feliciorque erat populi Israelitici conditio, eo diligentior erat quoque in colendis idolis. "הטיבו exornarunt simulacra, vid. 8, 4. Inest caeteroquin his verbis paronomasia, quam exprimere etiam studuit interpres Vulgatus, vertens: *secundum multitudinem multiplicauit altaria*, iuxta

לִבָּם עַתָּה יֶאְשָׁמוּ הוּא יַעֲרֹף מִזְבְּחוֹתָם יְשֹׁדֵד
3 מַצֵּבוֹתָם׃ כִּי עַתָּה יֹאמְרוּ אֵין מֶלֶךְ לָנוּ כִּי לֹא יָרֵאנוּ
4 אֶת־יְהוָה וְהַמֶּלֶךְ מַה־יַּעֲשֶׂה־לָּנוּ׃ דִּבְּרוּ דְבָרִים
אָלוֹת

iuxta vbertatem exuberauit simulacris.

2. חלק lubricum, incertum, fraudulentum esse, Ps. 12, 3. 4. me non sincere colunt, sed idola. Idola et quaecunque ad eorum cultum pertinent, *fraus*, *mendacium* in litteris sacris vocantur. עתה iamiam, breui, mox, Ps. 12, 6. i. e. certissime. יאשמו *rei erunt*, i. e. poenas luent, vtpote rei. הוא Ioua. יערף deiiciet, diruet, per hostes nimirum.

3. כי" *iam quidem dicunt.* אין". Nonnulli interpretes arbitrantur, his verbis exprimi insignem Israelitarum peruersitatem et verba ipsa, quae ad interregni tempora referuntur, hunc in modum vertunt: regem non habemus, quia Iouam non colimus, sed quid ad nos rex? non curamus, regemne habeamus, nec ne. Sed hic non esse posse sermonem de interregni temporibus, res ipsa loquitur. Rectius vertit *Dathius*: *nonne regem habemus?* qui nos defendere possit? Iam ad istos populi sermones, (idem notat ad h. l.) quibus magnas se expectare dictitabant vtilitates ex isto cum rege Aegypti foedere, quod Hoseas cum eo contra Assyrios iunxerat, respondet propheta: *si Deum non timemus, quid rex ille* (Aegypti) *in salutem nostram efficere poterit?* Equidem tamen hunc locum ita intelligerem: *nonne rex* (Hoseas) *nobis est?* hic a nobis mala illa, quae tu iam minatus es, auerruncabit, *quamquam non* (כי לא Gen. 48, 14. 2 Sam. 24, 10. etc.) *colimus Iouam*; *et rex ille*, (המלך est rex Assyriae, ὁ μέγας βασιλεὺς, βασιλεὺς βασιλέων,) *quid hic ad nos?* hic nihil nocebit, hunc non curamus.

4. דברו" *verba dant*, *peierant*, *cum foedera iungunt*. Scilicet Hoseas, postquam summa imperii potitus erat, Assyriis porro tributa ferre recusabat. At Salmanasserus, Assyriorum rex, magno exercitu stipatus, accessit, eumque iterum sibi subiecit et tributarium fecit. Nihilominus tamen Hoseas anno imperii septimo, quamquam eum ab hac re grauiter dehortabantur prophetae, foedus

אָלוֹת שָׁוְא כָּרֹת בְּרִית וּפָרַח כָּרֹאשׁ מִשְׁפָּט עַל תַּלְמֵי
שָׂדָי׃ לְעֶגְלַת בֵּית אָוֶן יָגוּרוּ שְׁכַן שֹׁמְרוֹן כִּי־אָבַל 5
עָלָיו עַמּוֹ וּכְמָרָיו עָלָיו יָגִילוּ עַל־כְּבוֹדוֹ כִּי־גָלָה
מִמֶּנּוּ׃ גַּם־אוֹתוֹ לְאַשּׁוּר יוּבָל מִנְחָה לְמֶלֶךְ יָרֵב 6
בָּשְׁנָה

C. 10. v. 5. vulgo לְעֶגְלוֹת

dus cum So, Aegyptiorum rege, contra Salmanasserum iniit. (Eo spectant verba vers. 4.) Quod cum comperisset Salmanasserus, statim bellum redintegrauit, contracto, quam maximo potuit, exercitu, Israeliticam regionem inuasit eamque sibi totam subiecit, vrbem Samariam expugnauit, et Hoseam cum magna populi multitudine in Assyriam abduxit, cf. vers. 7. 15. 2 Regg. 17. ופרח" *poena iis, vt in agris lolium, progerminabit.* Videtur fuisse locutio prouerbialis, ad indicandam poenae repentinae magnitudinem et grauitatem. ראש est *Celsio* in Hierobot. p. 47. sqq. *cicuta*; cum potius sit nomen veneni generale. *Michaelis* Arab. Fragen S. 144. Fr. 47. שדי pro שדים simpliciter; forma affixi pluralis primae personae interdum pro simplici terminatione numeri pluralis ponitur. *Glassius* Philol. S. p. 129.

5. Pro לעגלות legendum est לְעֶגְלַת. Sic *οἱ ό*, Syr. et graecus interpres, a Montefalconio laudatus; est enim in sequentibus etiam de vno tantum vitulo sermo. יגורו *timebunt, trepidabunt*, timebunt, ne Assyrii secum vitulum deportent. כי sane, profecto; affirmantis. עמו cultores vituli, Israelitae. וכמריו *et sacerdotes ipsius*, ab Arab. كُمْر cingulum Magorum sacrum; vnde כמרים ii, qui eiusmodi cingulo ornati sunt, et omnino sacrificuli, sacerdotes. Chald. קְמוֹר et קַמְרָא *cingulum, baltheus.* יגילו dolebunt, vid. ad 9, 1. על" *propter decus suum*, quod iis honorem et opes dat. גלה *abductum est*, nempe ab Assyriis.

6. גם" etiam hunc vitulum. Praestantissimam praedae partem accipiebat dux victor. למלך" intelligitur rex Assyriae. Vocatur h. l. eatenus *vltor, vindex*, (ירב) quatenus vindicabit Israelitarum perfidiam, in ipsum commissam. בשנה" pudore suffundentur, erubescent

7 בָּשְׁנָה אֶפְרַיִם יִקָּח וְיֵבוֹשׁ יִשְׂרָאֵל מֵעֲצָתוֹ׃ נִדְמֶה
8 שֹׁמְרוֹן מַלְכָּהּ כְּקֶצֶף עַל־פְּנֵי־מָיִם׃ וְנִשְׁמְדוּ בָּמוֹת
אָוֶן חַטַּאת יִשְׂרָאֵל קוֹץ וְדַרְדַּר יַעֲלֶה עַל־מִזְבְּחוֹתָם
9 וְאָמְרוּ לֶהָרִים כַּסּוּנוּ וְלַגְּבָעוֹת נִפְלוּ עָלֵינוּ׃ מִימֵי
הַגִּבְעָה

ſcent Iſraelitae, idem quod paulo poſt יבוש. מעצתו *propter conſilium*, quod ceperant, wegen ihres Plans, deſciſcendi nimirum ab Aſſyriis.

7. "נדמה exſcindetur, auferetur Samaria cum rege ſuo, peribit Iſraelitarum regnum et regalis dignitas. "כקצף ſicuti ligni fragmen ab vndis aufertur. Exprimit haec imago interitus celeritatem. קצף *fragmen ligni*, οἱ ο', Φρύγανον· Ioel 1, 7. قصف *fregit, rupit*. v *Schultenſius* Animadvv. Philoll. ad h. l. 8. "ונשמדו *deſtruentur*, שמד de plena vaſtatione. Ier. 48, 8. 42. Ezech. 32, 12. Deut. 4, 26. "במות *excelſa iniquitatis*, arae et templa, idolis ſacrata, quae in locis excelſis, collibus montibusque exſtrui ſolebant. חטאת non *delictum ipſum*, nec *poena criminis*, ſed id, in quo peccatum verſatum eſt; deſtruentur nefanda illa loca excelſa, obiectum peccati Iſraelis. Deut. 9, 21. v. *Schnurrer*. Opuſcc. p. 335. "קוץ *ſpina et tribulus creſcent in aris eorum*, 9, 6. deſolata iacebunt. יעלה creſcent, vt Ieſ. 53, 2. "ואמרו *montibus dicent, tegite nos* etc. Imago ſummae et atrociſſimae calamitatis; mortem repentinam ſibi exoptabunt, ne in manus hoſtium crudeles incidant. Sermo eſt de ciuibus, qui ſeſe, metus pleni, in cauernas petrarum et ſpeluncas terrae, quibus Palaeſtina repleta erat (v. Hetzel ad Iudd. 6, 2.) contulerant. Ieſ. 2, 10. 19. ibique interpp.

9. Sequitur altera orationis propheticae pars, quae cohortatur Iſraelitas ad emendationem vitae animique in melius, qua omiſſa, interitum regni praedicit. "מימי *prae diebus Gibeae peccaſti*, plus quam illi Gibeitae, Beniaminitae illi. Alluditur iterum ad hiſtoriam, quae enarratur Iudd. 19. Supra iam id factum erat 9, 9. Ibi dixerat, Iſraelitas ſimiles eſſe Beniaminitis illis; h. l. vero, vt plane atrocitatem criminum Iſraelitarum depingeret, eos etiam Beniaminitis illis peiores eſſe, plus quam illos peccauiſſe, pro-

הַגִּבְעָה חָטָאתָ יִשְׂרָאֵל שָׁם עָמָדוּ לֹא־תַשִּׂיגֵם בַּגִּבְעָה
מִלְחָמָה עַל־בְּנֵי עַלְוָה׃ בְּאוּתִי אֶסֳּרֵם וְאֻסְּפוּ עֲלֵיהֶם 10
עַמִּים

C. 10. v. 10. vulgo וְאֶסֳּרֵם

professus est. Nec tantum significare voluit his verbis Israelitarum studium idololatriae, sed omnino reliqua quoque flagitia, inter eos vsitata. "שם *tunc temporis stationem obtinuerunt*, nempe Israelitae. עמד *in statu suo perdurare*, Ps. 102, 27. h. l. stationem obtinere, victorem esse, Ps. 26, 12. vbi opponitur ei נפל. Sic στῆναι Eph. 6, 11. 13. "לא *non assecutum est eos bellum Gibeae contra improbos*, i. e עמדו victores erant. מלחמה non est *bellum*, sed *calamitas*. vt Amos. 3, 5. "על simpliciter *improbos*, scil. Beniaminitas. Hebraei enim voc. בן, vt Graeci vocabula υἱὸς et τέκνον, vocabulis virtutum l. vitiorum ita iungere solent, vt significetur is, in quo virtus, vel vitium situm est. v. *Fischerus* Proluss. de Vitt. Lexx. N. T. p. 654. sq. Sensus: Beniaminitae quondam propter atrox scelus poenas dabant; Israelitae tunc salui et victores erant; iam vero hi ipsi Israelitae longe atrociora flagitia committunt, ergo nunc quoque poenas luent, vincentur. Caeterum עלוה per metathesin pro עולה positum.

10. Verba "באותי plerumque reddi solent: *pro desiderio meo eos castigabo*, sed videtur ב h. l. redundare. vid. *Glassius* Phil. S. p. 587. Verte: Est voluntas mea! castigabo eos; sic saltem oratio longe grauior existit. ו ante אסרם, quod nullus interpres vetus legit, delendum est; οἱ ὀ', saltem Cod. Alex. habent: ἦλθε τοῦ παιδεῦσαι, quod tamen ἦλθε abest a Cod. Vatic. legisse igitur videntur בְּאתִי. sed vulgaris lectio, vtpote difficilior, retinenda est, praesertim cum illa Codicis Alex. nulla alia auctoritate confirmetur. "ואספו *congregabo contra eos, populos*, magnam hostium copiam contra eos excitabo. "באסרם *cum captiuos eos abducendos curabo*, i. e. cum grauiter eos puniam, *propter atrocia scelera, quae committunt*. Ita vertendus locus. Scilicet אסר propr. quidem est: *ligauit, captiuum fecit*; deinde vero etiam notat: *calamitate affecit, puniuit*, vt h. l. vnde אסיר *vinctus*, omnino etiam

11 עַמִּים בְּאָסְרָם לִשְׁתֵּי עוֹנוֹתָם׃ וְאֶפְרַיִם עֶגְלָה מְלֻמָּדָה
אֹהַבְתִּי לָדוּשׁ וַאֲנִי עָבַרְתִּי עַל־טוּב צַוָּארָהּ אַרְכִּיב
12 אֶפְרַיִם יַחֲרוֹשׁ יְהוּדָה יְשַׂדֶּד־לוֹ יַעֲקֹב׃ זִרְעוּ לָכֶם
לִצְדָקָה

v. 10. vulgo עֹינֹתָם

etiam *infelix*. Pſ. 69, 34. Iudae v. 6. Secundum Chetib porro legendum eſt עֵינֹתָם, de qua lectione, quae nequaquam commodum ſenſum affert, fuſius diſputauit *Schultenſius* ad h. l. Seruanda eſt lectio עוֹנֹתָם, quam tuentur Keri, et omnes interpretes antiqui, quam quoque ſecutus eſt *Dathius*, cui praeterea *duplex peccatum* ſunt duo vituli aurei, Bethele et Dane ab vniverſo populo culti. Me non aſſentientem habet. Conſtat ſcilicet, Hebraeos *duplicia* vocare ea, quae ſuo in genere multa, magna, et grauia ſunt. vid. Ieſ. 40, 2. Zach. 9, 12. Apoc. 18, 6. 1 Tim. 5, 17. Soph. Oed. Tyr. 1320. καὶ θαῦμά γ᾽ οὐδὲν ἐν τοσοῖσδε πήμασι διπλᾶ σε πενθεῖν, καὶ διπλᾶ φορεῖν κακά. vid. *Eichhornius* ad Apocal. l. c. Itaque reddo verba noſtra latine: puniam eos propter atrocia crimina.

11. Triturare ſolebant veteres ita, vt boues, vaccas, vel etiam vitulos in area circumagerent ſuper hinc inde ſtratos culmos, vt eorum vngulis grana excuterentur; vel etiam plauſtro, cui ſuperimpoſitum onus erat, a bobus tracto, frumentum exſculpebant. v. *Paulſen* vom Ackerbau der Morgenländer. Ita vero triturantes boues, l. vaccae, l. vituli, quantum libebat, deuorare poterant; lege enim vetitum erat, os iis obligare. Deut. 25, 4. 1 Cor. 9, 9. Inde igitur h. l. imago petita. "עגלה *Ephraim ſimilis eſt vitulo docto*, ſ. adſuefacto, ſcilicet ad triturandum. Reſpicitur h. l. prior triturandi modus, atque ſenſus eſt, imagine remota: petulantes ſunt Iſraelitae, nolunt legibus parere, neque diuinis, neque humanis; volunt ſemper vitam luxurioſam viuere. Itaque "עברתי *imponam* illis iugum. "ארכיב *equitabo*. Imago deſumta ab ruſtico, qui inſcendit taurum, vel vaccam, vt poſſit eam regere, ne ſibi ſola relicta ſit. "יחרוש *arabit Iuda, occabit Iacob*. Iudaeis et Iſraelitis iugum ſeruile imponetur, vitam miſeram agent, grauiſſimas calamitates ſubibunt.

לִצְדָקָה קִצְרוּ לְפִי־חֶסֶד נִירוּ לָכֶם נִיר וְעֵת לִדְרוֹשׁ
אֶת־יְהוָה עַד־יָבוֹא וְיוֹרֶה צֶדֶק לָכֶם׃ חֲרַשְׁתֶּם־ 13
רֶשַׁע עַוְלָתָה קְצַרְתֶּם אֲכַלְתֶּם פְּרִי־כָחַשׁ׃ כִּי־ 14
בָטַחְתָּ בְרִכְבְּךָ בְּרֹב גִּבּוֹרֶיךָ וְקָאם שָׁאוֹן בְּעַמֶּךָ וְכָל־
מִבְצָרֶיךָ

C. 10. v. 14. vulgo בְּדַרְכְּךָ

12. Jam excitans propheta Iſraeliticum populum ad correctionem vitae animique, imaginibus e re ruſtica deſumtis, orationem ſuam exornare pergit. זרעו *ſerite*, i. e. exercete. לצדקה virtutem, probitatem. Per חסד intelliguntur h. l. fructus pietatis, beneficia diuina; bis ornabimini, omninoque felices eritis. כפי poſt, h. l. redundat, vt ſaepius. "נירו *nouellate nouale*. ניר ſcilicet eſt *nouale*, ſolum, ager noualis, qui de nouo ſcinditur, inde verbum ניר *nouellare*, Ier. 4, 3. לכם datiuus commodi. Senſus: vitam animumque mutate. "ועת tempus vrget, feſtinandum eſt, es iſt die höchſte Zeit. Particula עד ſi redditur *donec*, *vſque dum*, ſenſum non ſatis commodum praebet; vel eam redundare dixerim, vid Ven. *Hufnagel* in Repertor. f. bibl. u. morgenländ. Litterat. Th. 14 S. 235. ſq. vel vim habere particulae graec. ἵνα, niſi quis legere malit עוד. צדק h. l. de beneficiis diuinis dicitur, vt Pſ. 24, 5. 36, 11. etc. ירה *irrigauit*, de pluuia, Hoſ. 6, 3. Prov. 11, 25. h. l. *largiter tribuit*. 13. *Seminaſtis huc vſque*, exercuiſtis hactenus *improbitatem*. "עולתה *peccatum meſſuiſtis*, i. e. peccati fructus, vt ſupra v. 12. חסד probitatis fructus, poenam dediſtis, calamitatibus preſſi fuiſtis. "אכלתם *comediſtis mendacii fructus*. כחש eſt quidem plerumque *mendacium*; h. l. omnino iniquitas, inprimiſque cultus idolorum. Vltima verba referenda ſunt ad v. 14. nam comparatio nunc eſt abſoluta.

14. כי ſed. "בטחת *confidis viae tuae*, i. e. viuendi conſuetudini, idololatriae; ab idolis, quae vos colitis, optima quaeque ſperatis. Verum cum ſequentia verba non ſatis reſpondeant lectioni בְּדַרְכְּךָ, cuius iam quidem ſenſum indicauimus; praefero et vnice veram exiſtimo lectionem, quam ſeruarunt nobis οἱ ό, בְּרִכְבְּךָ ἐν τοῖς ἅρμασί σου·

etſi

מִבְצָרֶיךָ יוּשַּׁד כְּשֹׁד שַׁלְמַן בֵּית אַרְבֵאל בְּיוֹם מִלְחָמָה
15 אֵם עַל־בָּנִים רֻטָּשָׁה׃ כָּכָה עָשָׂה לָכֶם בֵּית־
אֵל מִפְּנֵי רָעַת רָעַתְכֶם בַּשַּׁחַר נִדְמֹה נִדְמָה מֶלֶךְ
יִשְׂרָאֵל׃

etsi Syr. et Chald. vulgatam lectionem tueantur. Itaque sensus: vos confiditis curribus vestris bellicis et magnis copiis: oriatur ergo bellum! sed — vestra expeditio tristissimum exitum habebit. וקאם *itaque orietur*. א mater lectionis. שאון *clamor, tumultus bellicus*. Amos. 2, 2. h. l. *bellum* simpliciter. Pro בְּעַמֶּיךָ legendus est singularis בְּעַמְּךָ cum verss. antiqq. Syr. Chald. τοῖς ο', ἐν τῷ λαῷ σȣ. Vulg. *in populo tuo.* "וכל respicit propheta historiam, illis temporibus satis notam et in vulgus pervulgatam; sed cum monumenta et commentarii illorum temporum rem silentio praeterierint, frustra laborarunt interpretes in ea pervestigenda. "אם. Erat scilicet apud populos Orientis mos militaris, grauidas mulieres, ciuitate quadam expugnata, dissecandi, et paruulos muro, vel petrae illidendi. cf. Amos. 1, 13. Ps. 137, 9. Nah. 3, 10. Hom. Iliad. ζ', 57. sq. Πρὸς Τρώων· τῶν μήτις ὑπεκφύγοι αἰπὺν ὄλεθρον, — — μηδ' ὅντινα γαςέρι μήτηρ Κοῦρον ἐόντα Φέροι, μηδ' ὃς Φύγοι. add. Horat. Carm. 4, 6. 18. sqq. רטש *allidendi* significationem habet, vt 14, 1. cf. *Dathius* ad nostr. l.

15. "ככה hoc efficiet, haec vobis venient. בית־אל. *Bethel* commemoratur h. l. pro ipso idolorum vitulorumque cultu; Ierobeamus enim ibi exstruendam curarat vitulum. "מפני ob summam vestram impietatem. רעת רעתכם superlatiuum exprimit. "בשחר *in ipsa aurora exscindetur rex Israelitarum.* בשחר *in aurora,* i. e. mature, primis imperii annis; nono nimirum imperii anno Hoseas desiit esse Israelitarum rex, et in captivitatem Assyriacam abductus est. 2 Regg. 17. Sic שחר adhibetur etiam de aetatis flore, vt בקר Ps. 90, 14. vbi cf. *Knappius.* דמי Ies. 38, 10. ad quem locum legantur ea quae apposite notarunt *Doederleinus* et *Dathius.*

CAP. XI.

כִּי נַעַר יִשְׂרָאֵל וָאֹהֲבֵהוּ וּמִמִּצְרַיִם קָרָאתִי לִבְנִי׃ 1
קָרְאוּ לָהֶם כֵּן הָלְכוּ מִפְּנֵי הֵם לַבְּעָלִים יְזַבֵּחוּ וְלַפְּסִלִים 2
יְקַטֵּרוּן׃ וְאָנֹכִי תִרְגַּלְתִּי לְאֶפְרַיִם קָחָם עַל־זְרוֹעֹתָיו 3
וְלֹא־

C. 11. v. 2. vulgo מִפְּנֵיהֶם

Cap. XI. Deus, qui loquens inducitur, reuocat Israelitis in memoriam pristina beneficia, iis exhibita, et reprehendit eorundem ingratum animum ac impietatem 1—4. minatur ergo iis vastationem patriae et exilium 5—8. sed pollicetur etiam iisdem, ad meliorem frugem reuersis, reditum aliquando in patriam 8—11. Omnis oratio, ad mouendos animos composita, refert imaginem patris, quam maxime beneuoli et indulgentis, qui filium degenerem ad virtutem pietatemque reuocare studet, ei adeo grauissimam poenam minitatur, sed tandem amore victus praemia pollicendo flectere animum eius conatur. Regnante Hosea hoc oraculum editum videtur. — 1. "כי *cum puer esset Israel*, i. e. cum adhuc in Aegypto commoraretur. cf. ad 2, 13. קראתי *vocaui filium meum*, i. e. populum Israeliticum (Exod. 4, 22. 23.) ex Aegypto eduxi.

2. 3. קראו *vocabantur*, impersonaliter, i. e. ego eos educendos curaui. Commemoratur hoc Dei beneficium, vtpote luculentissimum et maximum, pro omnibus reliquis, quibus Deus Israelitas inde ab illo tempore ornarat. כן abundat. Pro מִפְּנֵיהֶם *a facie eorum* legendum est מִפְּנֵי הֵם, ita, vt הם referatur ad sequentia verba. Sic οἱ ό, *ἀπῴχοντο ἐκ προσώπȣ μȣ, αὐτοὶ*, et Syrus, qui tamen הם omisit, ܡܢ ܩܕܡ ܐܦܝ. v. *Michaelis* Biblioth. Or. T. 19. p. 188. לפסלים idem quod לבעלים, (simulacra) omnino idola, nam בעל est nomen idolorum commune. Sic קטר *adoleuit* et זבח *sacrificauit* sunt quoque h. l. synonyma, cf. 4, 13. 3. תרגלתי *pedes direxi*. رجل propr. pedes loco mouit; vnde tam *malo* sensu: pedes implicare, inde insidiari, calumniari, Ps. 15, 3. 2 Sam. 19, 28. Hinc מרגלים exploratores, οἱ ό, κατάσκοποι, Gen. 42, 9. — quam *bono* sensu: pedes

4 ולא־ידעו כי רפאתים׃ בחבלי אדם אמשכם
בעבתות אהבה ואהיה להם כמרים על על לחיהם
ואט

C. 11. v. 4. vulgo כמרימי

pedes dirigere, ad ambulandum assuefacere, vt h. l. Imago ipsa petita est a nutrice, quae infantem ducit, sustentat manu, ne labatur. Imagine remota, remanet sententia haec: singularem ac prouidam curam Israelitarum habui; ipse enim propheta hunc in modum verbo רפאתים *auxilio meo iis adfui*, quo versu extr. vsus est, eam explanat. קחם infin. a לקח, cuius forma, sine affixo, extat etiam Ezech. 17, 5. et habet vim praeteriti. זרועתיו *prehendi eos bracchiis suis*, nempe Ephraimitas; suffixum enim referendum ad אפרים. *οἱ ό*, Syr. et Vulg. legerunt זרועתי "ולא nec intelligere voluerunt, me salutis ipsorum curam habere; propr. me sanare [illegible] sed vid. notat. ad 5. [illegible]

[illegible] Continuatur imago. [illegible] *funibus hominum*, humanis, i. e. בעבתות אהבה *funibus amoris*, h. e. laxis, lenibus; sed per funes intelliguntur leges, Ps. 105, 22. quae a Graecis quoque vocantur δεσμὸς, et ζυγός: opponitur iis על *iugum seruile*, leges, quae seruis scribuntur, seueriores ac duriores. Sensus: leniter et peramanter eos tractaui. "ואהיה *eram iis sicuti is, qui leuat iugum, ceruici eorum impositum*. Pro כמרימי legerunt Syr. Chald. et Vulg. singularem כמרים *sublevans*, quae lectio vulgari praeferenda. לחי propr. maxilla, h. e. omnino, ceruix. "ואט *et declinaui ad eum*, i. e. admoui, porrexi ei, *cibum*, h. e. ab Aegyptiorum seueritate et crudelitate liberatos eos felices reddidi; cibus enim et satietas sunt saepe imagines felicitatis. v. nos *Messia[illegible] Weissagungen* etc. ad V. 22, 27. Metaphora depromta ab agricola, qui, aratione finita, iugum boui detrahit, eique pabulum praebet. — *οἱ ό* vertunt: καὶ ἐπιβλέψομαι πρὸς αὐτὸν δυνήσομαι αὐτῷ. legerunt igitur ואט אליו אוכל לו, mutarunt particulam לא, qua incipit v. 5. in לו, *in eos me conuertam eosque domabo*. יכל notare etiam, *praeualere, domare*, vt Hos. 12, 5. etc. tralaticium est.

וְאַט אֵלָיו אוֹכִיל׃ לֹא יָשׁוּב אֶל־אֶרֶץ מִצְרַיִם וְאַשּׁוּר 5
הוּא מַלְכּוֹ כִּי מֵאֲנוּ לָשׁוּב׃ וְחָלָה חֶרֶב בְּעָרָיו וְכִלְּתָה 6
בַדָּיו וְאָכְלוּ מִמֹּועֲצוֹתֵיהֶם׃ וְעַמִּי תְלוּאִים לִמְשׁוּבָתִי 7
וְאֶל־ ׃

C. II. v. 6. vulgo וְאָכָלָה מִמֹּועֲ״

5. לֹא, vt recte notarunt *Zornius* Opuscc. T. I. p. 300. et *Henslerus* Obss. ad h. l. positum est pro הלא *nonne*, vt 4, 14. etc. ita, vt haec interrogatio sit affirmantis; לא enim, nude positum, repugnaret aperte iis, quae leguntur 9, 6 11, 11. ישוב״ *redibunt*, e patria vastata fugient in Aegyptum. Syrus legit ישובו perperam. כי״ *quoniam renuerunt redire*, scil. ad me, quoniam noluerunt me colere.

6 וחלה grassabitur. De verbo [illegible] v. Schulens. Origg. [illegible], c. 9. בדיו *principes, duces eorum*, Arab. بدّ notat: *primum, principem esse*, et بدلة est *dominus, princeps gentis suae*. Haec explicatio, quam commendauit iam *Stäudlinius*, apprime contextui conuenit, longe saltem praeclarius, quam vulgaris, quae per בדיו intelligit *repagula, vectes*. οἱ ό legerunt בְּיָדָיו; reddiderunt enim, ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶ. Chald. *fortes*, Vulg. *electi*. *Dathius* בדיו explicat de falsis prophetis, a בָּדָא *mendax fuit*, Ies. 16, 6. Ier. 48, 3. Pro ואכלה, Syr. et οἱ ό legerunt וְאָכְלוּ et coniunxerunt cum seq. ממועצותיהם, *comedent consilia sua*, fructus vanorum consiliorum percipient; quod sane melius. Intelligitur autem imploratio auxilii Aegyptiorum, et studium idololatriae; hoc enim modo florem reipublicae, quam optime conseruare et adaugere se posse, persuasum sibi habebant Israelitae.

7. תלה propr. suspendit, 2) affixus est alicui rei, perseuerauit in aliqua re. משובה semper malo sensu legitur, ita, vt sit: *auersio, defectio*; ergo: perseuerat populus in aversione, i. e. idola colere pergit. על *summ*[illegible]*men*. v. ad 7, 16. יקראהו [illegible] prophetae eos ad su[illegible] minis cultum excita[illegible] hortantur; vel: be[illegible]iis, comminationibus, poenis etiam reuocantur ad cultum Dei. יחד לא μηδεὶς, nemo. ירומם celebrat eum laudibus, Ps. 145, 1. h. l. simpl. colit, veneratur eum.

8 וְאֶל־עַל יִקְרָאֻהוּ יַחַד לֹא יְרוֹמֵם׃ אֵיךְ אֶתֶּנְךָ אֶפְרַיִם
אֲמַגֶּנְךָ יִשְׂרָאֵל אֵיךְ אֶתֶּנְךָ כְאַדְמָה אֲשִׂימְךָ כִּצְבֹאיִם
9 נֶהְפַּךְ עָלַי לִבִּי יַחַד נִכְמְרוּ נִחוּמָי׃ לֹא אֶעֱשֶׂה חֲרוֹן
אַפִּי לֹא אָשׁוּב לְשַׁחֵת אֶפְרָיִם כִּי אֵל אָנֹכִי וְלֹא־אִישׁ
בְּקִרְבְּךָ

8. Iam cum tanta fit populi leuitas, impietas et pertinacia, interrogantem proponit propheta Deum Israelitas ipsos, quas poenas se commeruisse existiment, anne digni sint, qui prorsus extinguantur? sed, vt eo grauius appareat Dei benignitas, eundem respondentem facit, se malle clementia, quam feueritate vti. איך respondet h. l. particulis Graecc. τί δέ; τί οὖν; τί γάρ; נתן idem quod עשה. Sic Graeci διατιθέναι, et Latini, *dare*, pro *facere*, add. Ps. 18, 33. מגן apud Arab. significat, *tradere*, *in potestatem redigere*. v. *Boysen.* Beyträge T. 1. p. 303. Symmachus vertit: ἐκδώσω σε, recte, nam ἐκδιδόναι eleganter dicitur de iis, qui alios in potestatem hostium tradunt. vid. *Fischerus* Prolusf. de Versf. Graecc. p. 127. sq. "איך quid enim? nonne vos digni estis, quos perdam, ficuti quondam incolas Adamae et Zeboim perdidi? Solent haec oppida saepius in literis sacris commemorari, ad describendam summam vastationem, v. c. Iudae 7. Ies. 1, 10. Ezech. 16, 46. etc.

9. Sequitur altera orationis pars eaque consolatoria. "נהפך, οἱ ο', μετεστράφη ἡ καρδία μου, ad misericordiam inclino. יחד et. "נכמרו *incaluit*, i. e. excitata est *misericordia mea.* "לא non indulgebo irae meae graui, i. e. non te planissime perdam. οἱ ο', οὐ μὴ ποιήσω κατὰ τὴν ὀργὴν τοῦ θυμοῦ μου. Sic Hebraei etiam dicere solent עשה חסד *facere misericordiam*, pro: eam exercere. "לא non iterum Ephraimitas perdam; puniam quidem eos, v. 5. 6. sed non eos plane delebo, vt incolas Adamae et Zeboim. "כי nam Deus sum, non homo, irae impatiens, vindictae cupidus. "בקרבך *in medio tui fanctus*, a te colendus, Deus tuus tutelaris, qualem me semper praestiti. "ולא *nec sum in vrbe*, i. e. inter vos, *hospes*, inde a primis pueritiae vestrae annis. cf. v. 1. Deus vester tutelaris eram, beneficiis vos ornaui. Scilicet formula בוא בעיר *intrare vrbem*, adhibetur saepe

pro,

בְּקִרְבְּךָ קָדוֹשׁ וְלֹא אָבוֹא בְּעִיר׃ אַחֲרֵי יְהוָה יֵלְכוּ 10
כְּאַרְיֵה יִשְׁאָג כִּי־הוּא יִשְׁאַג וְיֶחֶרְדוּ בָנִים מִיָּם׃
יֶחֶרְדוּ כְצִפּוֹר מִמִּצְרַיִם וּכְיוֹנָה מֵאֶרֶץ אַשּׁוּר וְהוֹשַׁבְתִּים 11
עַל־בָּתֵּיהֶם נְאֻם־יְהוָה׃

pro: aduenam, hospitem esse; vnde הַפָּאִים intrantes in familiam, aduenae. 1 Paralip. 4, 38. *Schroederus* Obss ad Origg. L. H. p. 25. *Michaelis* et *Dathius* ad h. l. עיר vertunt *ira vehementior*. Sic Arab. بعير *iratum esse*, et بعرة *ira*, atque *Dathius* quidem verba nostra expressit: non veniam irae plenus, in tuam perniciem efferuescentis. Sed vulgaris interpretatio orationis seriei conuenientior est.

10. 11. "אחרי. *sequentur Iouam*, eum colent. Oppositum legitur v. 2. "כאריה *vt leo rugiet*. Leonis rugitus h. l. imago potentiae et maiestatis est, vt Amos. 1, 2. "ויחרדו *trepide accurrent*. חרד 1) festinare, 2) trepide accurrere, festinanter accurrere, festinare. Etiam Latini *trepidare* dicere solent, pro festinare. vid. *Schultens.* Animaduerss. Philoll. ad Ies. 19, 17. בנים Israelitae, quos Deus vocabit, euocabit, educendos curabit. מים (mari mediterraneum) *ex occidente*, e regionibus remotissimis. 11. כצפור *sicut auis*, כיונה *sicut columba*, i. e. velocissime, Ps. 55, 7. "והושבתים. *et collocabo eos*, reddam iis pristinas sedes, omnino: felicitatem pristinam iis restituam; huius enim, secura patriae possessio, perpetua imago est. Mich. 4, 4. Ezech. 34, 28. etc.

CAP. XII.

CAP. XII.

1 סְבָבֻנִי בְכַחַשׁ אֶפְרַיִם וּבְמִרְמָה בֵּית יִשְׂרָאֵל וִיהוּדָה
2 עֹד רָד עִם־אֵל וְעִם־קְדוֹשִׁים נֶאֱמָן׃ אֶפְרַיִם רֹעֶה
רוּחַ

Cap. XII. Ea, quae hac in oratione prophetae, de diuitiis opibusque Israelitarum, v. 9. 10. de foederibus eorundem cum Aegyptiis Assyriisque v. 2. leguntur, haud ambigue prodere videntur, orationem ipsam ad tempora interregni, mortuo Ierobeamo II. qui rempublicam satis florentem reliquerat, referendam, et quidem initio huius interregni habitam esse. Reprehenditur quoque Iudaeorum idolorum cultus studium, v. 1. 3. sed obiter tantum, sicuti v. 10. 11. factum id erat, atque haec ipsa vituperatio, qua reprehendit Hoseas Iudaeos, pertinet procul dubio ad tempora interregni vndecim annorum, Amazia mortuo, et ad initium regni Vsiae. Inuehitur autem propheta praeprimis in duo Israelitarum vitia solennia, in cultus Iouae neglectionem, et fiduciam, tam in idola, quam in proprias opes, et reges Aegypti Assyriaeque collocatam, atque ab his vitiis eos ita auocare studet, vt iis partim exemplum Iacobi imitandum proponat, cf. v. 4. partim iis poenas diuinas minetur. — 1. "בכחש *mendaciis* — *fraudibus*, synonyma, colunt idola, fidem mihi datam negligunt. סבבני *cingunt me*, indicat omnino: omnes idololatriae indulgere, eos totos esse in idolorum cultu. עד redundat. רד. Verbum רוד respondet Arab. رَادَ atque notat: 1) *huc et illud discurrere*, *oberrare*, *vagari*, vt Ps. 55, 3. Gen. 27, 40. atque dicitur inprimis de animalibus, huc et illud discurrentibus, v. *Schroeder*. Obss. ad Origg. L. H. p. 11. et *Dathius* ad h. l. 2) *inconstantem*, *mobilem esse*, vt h. l. Iudaei erga Iouam sunt animo inconstanti, modo eum colunt, modo alia sacra sequuntur. עם erga, contra, vt Ps. 94, 16. "ועם erga Deum tutelarem, colendum. Hab. 3, 3. Prov. 9, 10. Cum קדושים constructum legitur נאמן in singulari numero, sicuti hoc quoque fieri solet, cum vocabulo אלהים; sed נאמן est *fidus*, *verax*, in seruandis promissis constans, opponitur fraudulentis Israelitis et inconstantibus Iudaeis; facit ad

רוּחַ וְרֹדֵף קָדִים כָּל־הַיּוֹם כָּזָב וָשֹׁד יַרְבֶּה וּבְרִית
עִם־אַשּׁוּר יִכְרֹתוּ וְשֶׁמֶן לְמִצְרַיִם יוּבָל׃ וְרִיב לַיהוָה 3
עִם־יְהוּדָה וְלִפְקֹד עַל־יַעֲקֹב כִּדְרָכָיו כְּמַעֲלָלָיו יָשִׁיב
לוֹ׃ בַּבֶּטֶן עָקַב אֶת־אָחִיו וּבְאוֹנוֹ שָׂרָה אֶת־אֱלֹהִים׃ 4
וַיָּשַׂר

ad augendam eorum impietatem.

2. 3. "רעה *pascitur vento, persequitur Eurum*, sunt locutiones prouerbiales, quibus omnino vani conatus, fiducia in rem inanem, imo et perniciosam significantur. H. l. intelliguntur foedera, quae Israelitae modo cum Aegyptiis, modo cum Assyriis inibant, quae iis non modo nihil vtilitatis et commodi afferebant, sed potius plurimum detrimenti et incommodi. קדים *Eurus*, est ventus ille perniciosus, qui Arab. dicitur *Smum*. Cf. quae de eo disputauimus, et quos laudauimus in libello nostro, *Messianische Weissagungen d. A. T.* p. 153. "כל *omnes dies*, semper, summo studio, sine intercapedine. "כזב *mendacia et mala sibi cumulant*, i. e. perfidia sua in Deum (cf. v. 1.) interitum accelerant. ו — ו reddi debet *et* — *et*, *modo* — *modo*. שמן *oleum*, fructus Palaestinae praecipuus. Solebant autem Orientales, et etiamnum solent, cum alios quacunque de caussa salutatum veniunt, dona afferre. Atque h. l. in hac orationis serie, formula, *oleum in Aegyptum deferre*, idem est ac: foedus cum Aegyptiis inire. Sic Ps. 45, 13. *regi dona afferre*, idem est quod: regem dominum agnoscere; ad q. l. vid. not. וריב *puniet*. vid ad 4, 1. idem quod לפקד. יעקב idem quod alias ישראל.

4. Iam propheta popularibus suis Iacobi exemplum proponit, (occasionem ei praebuit haud dubie ipsum nomen יעקב, quo v. 3. extr. vsus erat,) eosque cohortatur, velint hunc e maioribus suis imitari, ita, vt, sicuti ille, cum etiam ex peruersa animi indole varii generis facinora praua commisisset, tandem in extrema vitae suae parte singulari pietate conspicuus fuisset, ipsi quoque, deposita praua sentiendi agendique ratione, verae et haud fucataeque pietatis studiosi essent. "בבטן *in vtero calcem tenuit fratris*, Gen. 25, 26. calcem fratris tenere visus est parentibus; quo facto declarauit, quam libenter

5 וַיָּשַׂר אֶל־מַלְאָךְ וַיֻּכָל בָּכָה וַיִּתְחַנֶּן־לוֹ בֵּית־אֵל
6 יִמְצָאֶנּוּ וְשָׁם יְדַבֵּר עִמֵּנוּ׃ וַיהוָה אֱלֹהֵי הַצְּבָאוֹת
יְהוָה

C. 12. v. 5. vulgo עִמָּנוּ

benter primogenitura priuare vellet fratrem; fuit a teneris malae indolis homo; inde dictus est etiam יעקב *supplantator, impostor;* (est ergo עקב ambigue adhibitum, cum habeat significationem *supplantandi*, et vero etiam *defraudandi*,) haec fraudis machinatio contraxit ei nomen Iacobi, diuque nomen et omen habuit; sed luctatus est cum Elohim, accepit Israelis nomen, ab eo inde tempore factus est strenuus Dei cultor, fiduciam in eo vnice collocauit, et luculentissima fauoris diuini documenta accepit. "ובאונו *et robore suo vicit Elohim.* און potentia, robur. Vulg. *in fortitudine sua*, sic et Ionathan ac Syrus. Intelliguntur preces ardentes Iacobi, quibus Elohim fatigabat, et ita victoriam reportabat, coll. v. 5. Gen. 32, 26. Caeterum hic non quaerimus, quid de illa historia Gen. l. c. quam respexit Hoseas, statuendum sit, vtrum ibi res, in facto posita, an somnium enarretur, (sententiam nostram exposuimus in libro: Geschichte des Jüd. Volks für denk. Leser d. Bibel p. 44. sq.) sed quomodo Hoseas ea h. l. in rem suam vsus sit. אלהים commutatur v. 5. cum מלאך et Chald. vtroque loco habet, מַלְאֲבָא. cf. de *Elohim, Herderi* Geist d. Hebr. Poesie Th. 1. S. 48. sqq.

5. ויכל *et praeualuit*, victoriam reportauit: quomodo? "בכה *fleuit et gratiam implorauit*, i. e. ardenter, supplex auxilium et gratiam eius implorauit. Etenim בכה auget significatum verbi חנן, quod in Hithpael notat: *supplicauit, precatus est.* v. *Schultensius* ad Iob. 19, 17. 21. "בית־אל *Bethele eum reperit, et cum eo locutus est.* Pro עִמָּנוּ *nobiscum*, flagitante contexto, probantibusque τοῖς ὀ', et Syr. legendum est עמו, vel עִמֵּנוּ *cum eo*, cum נ epenthetico, s. euphonico. ימצאנו angelus se ibi ei praesentem declarauit. Res legitur Gen. 28. Cf. de ea, liber noster supra laudatus p. 35. ידבר. Promissa Iacobo est ibi numerosa proles, omnisque generis felicitas. Sed hoc somnium habuit Iacobus, priusquam luctaretur cum Elohim? Verum enimvero

יְהוָה זִכְרוֹ׃ וְאַתָּה בֵּאלֹהֶיךָ תָשׁוּב חֶסֶד וּמִשְׁפָּט 7
שְׁמֹר וְקַוֵּה אֶל־אֱלֹהֶיךָ תָּמִיד׃ כְּנַעַן בְּיָדוֹ מֹאזְנֵי 8
מִרְמָה לַעֲשֹׁק אָהֵב׃ וַיֹּאמֶר אֶפְרַיִם אַךְ עָשַׁרְתִּי 9
מָצָאתִי

vero *poeta* quaedam tantummodo ex Iacobi hiſtoria depromit, et ea ad Iſraelitas transfert, nec ea ordine perſequitur, vt hiſtoricus, ſed prouti ratio et conſilium ipſius poſtulant. Caeterum appoſite Exc. *Meiſnerus* (Diſſ. oeconomiam c. 12. Hoſeae continens, Lipſ. 1788. 4.) monuit, haec dicta eſſe emphatice, hoc ſenſu: eo in loco, vbi olim ſanctiſſimae res tractabantur, vbi Deus ipſe praeſens fuit, et Iacobum ad ſui cultum adduxit, — vbi vero nunc abominabilis maxime ac turpiſſimus idolorum cultus exercetur etc.

6. צבאות, ὁ παντοκράτωρ, Deus ſummus, omnipotens. v. *Michaelis* ad 1 Sam. 1, 3. *Hetzel*. l. c. *Hufnagel*. Handbuch d. bibl. Theol. S. 200. ſq. "יהוה *Iouam coluit*, (non idola) celebrauit, ſacrificium nimirum ei parando. זכר celebrauit, coluit, Ieſ. 25, 13. Cant. 1, 3. Sic optime *Doederleinius*. Poſſunt tamen etiam verba reddi: *Deo ſacrificium obtulit*, vt *Meiſnerus*, et *Stäudlinius* volunt, nam זכר, in Hiphil, notat: ſacrificare, Exod. 34. 19. Ieſ. 66, 3. Pſ. 38, 1. 48, 1. Senſus idem manet.

7. Edocet nunc propheta Iſraelitas, quomodo proaui ſui exemplum ſequi et imitari poſſint ac debeant; deponant vitioſam ac peruerſam ſentiendi viuendique rationem, ſtudium idololatriae, et in Deo vnice ſpem fiduciamque ſuam collocent. תשוב reuertere ad Deum, eum vnice venerare. "חסד *ius et fas*, pietas, probitas. שמר idem quod עשה *exercere*. Sic τηρεῖν Matth. 19, 17. "וקוה *eique confide*, non idolis, nec Aegyptiis Aſſyriisque.

8. כנען ineſt huic vocab. dilogia, nam כנען non tantum notat *mercatorem*, vt Iob. 40, 25. Ieſ. 23, 8. Prov. 31, 24. ſed etiam *Cananitam*, h. e. hominem flagitioſiſſimum. Caeterum ante כנען eſt כ ſimilitudinis ſubintelligendum. "בידו *in manu ſua tenet lances doloſas*, per ſynecdochen, pro, omnis generis fraudes licitas ſibi exiſtimat. "לעשק *opprimere amat*, libenter opprimit, pauperem ſcilicet.

מְצָאתִי אוֹן לִי כָּל־יְגִיעַי לֹא יִמְצְאוּ־לִי עָוֹן אֲשֶׁר־
10 חֵטְא׃ וְאָנֹכִי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ מֵאֶרֶץ מִצְרָיִם עֹד אוֹשִׁיבְךָ
בָאֳהָלִים

9. Mercatoris fraudulenti instar gloriari solent Ephraimitae etc. אך particula asseverantis, profecto, vtique. מצא h. l. contingere, euenire, vt Exod. 18, 8. Deut. 31, 17. vid. *Glassius* Phil. S. p. 1029. ed. Dath. און opes, diuitiae, idem quod יגיעים. Sed יגיעים propr. 1) sunt labores, 2) facultates, opes, quatenus laboribus comparantur. Ps. 109, 11. לא ימצאו impersonaliter accipiendum: non inuenietur iniquitas, nemo poterit me impietatis reum accusare. Sensus: Israelitae propter florentem rerum suarum statum, se probos et pios existimant, industriae suae, et idolorum fauori se suas diuitias debere arbitrantur.

10. Respondet propheta ad has ostentationis et impudentiae plenas populi voces, ita, vt ostendat, Deum solum esse huius felicitatis auctorem et largitorem. ואנכי" et sum Deus tuus tutelaris, ego talem me semper praestiti. מארץ" i. e. a primis, ab antiquissimis inde temporibus. עד" interpretes, quos vidi, omnes, excepto *Dathio* אהל explicant, *tentorium*, adeoque per מועד intelligunt σκηνοπήγια, sed in interpretanda enunciatione ipsa prophetae non consentiunt. Alii vertunt: ego hactenus fui te *tentoria* inhabitare, *sicuti festo tabernaculorum*. Sensum horum verborum equidem non capio, explicant quidem ea: concessi adhuc, vt, quamquam sitis admodum improbi, tamen sicut olim, festis diebus, tabernacula laeti inhabitaretis; sed hic sensus verbis intruditur, iis vero non inest. Ergo alii haec verba arbitrantur, esse minantis, eorumque sensum hunc in modum constituunt, inhabitabis aliquando tabernacula, sicuti festo tabernaculorum, sed expulsus e patria, tristis, omnis laetitiae hilaritatisque expers. At enimuero hanc interpretationem contextus respuit. Deus enim, s. propheta, qui Deum loquentem introducit, in eo est, vt recenseat beneficia diuina, populo hactenus exhibita; ergo minatio ab hoc loco est prorsus aliena. Sed אהל non tantum est *tentorium*, verum etiam *aedificium quodcunque*, *aedes* omnino, vt h. l. et Iudd. 7, 8. 19, 9. 1 Sam. 4, 10. 2 Sam. 18, 18. Ps. 91, 10. et מועד est

11 בְּאֹהָלִים כִּימֵי מוֹעֵד׃ וְדִבַּרְתִּי עַל־הַנְּבִיאִים וְאָנֹכִי
12 חָזוֹן הִרְבֵּיתִי וּבְיַד הַנְּבִיאִים אֲדַמֶּה׃ אִם־גִּלְעָד
אָוֶן אַךְ־שָׁוְא הָיוּ בַּגִּלְגָּל שְׁוָרִים זִבֵּחוּ גַּם מִזְבְּחוֹתָם
13 כְּגַלִּים עַל תַּלְמֵי שָׂדָי׃ וַיִּבְרַח יַעֲקֹב שְׂדֵה אֲרָם
וַיַּעֲבֹד

est omninò *festum quodcunque*. Cf. *Pocock*. p. 595. sqq. Itaque vertimus locum: hactenus concessi, vt aedes inhabitares tuas, cum essent dies festi, i. e. tranquille et secure, diebus festis hilaritati indulgere potuistis. Contraria sententia legitur 9, 6.

11. ″ודברתי voluntatem meam vos per prophetas edocui. ″ואנכי *multiplicaui*, plura edidi *oracula* laetioris argumenti, promissiones. ″וביד et per illos ipsos prophetas seuerissima iudicia minatus sum; ita praeclare haec verba exposuit Amiciss. *Meisnerus*, atque haec quidem verba pro parallelis habet cum iis, quae c. 6, 5. leguntur, חצבתי בנביאים. Sensus: nihil facere intermisi, quo vos pios, probos, ac felices redderem. ″ביד *per manus prophetarum*, i. e. per prophetas simpliciter. יד enim redundat, vt Hagg. 1, 1. etc. דמה notionem *exscindendi* habet. vid. ad 4, 5. 6, 5.

12. Vos neutiquam desiderio meo respondistis. ″אם nonne in Galeaditica regione deprehenditur vanitas? profecto vanitas! אִם interrogatiue accipiendum, *nonne*, vt Ies. 29, 16. אַךְ *profecto*, vt supra, v. 9. v. *Glassius* Phil. S. p. 400. און et שוא *vanitas*, *stultitia*, synonyma, intelligitur idolorum cultus. Sic equidem haec verba intelligo, alii aliter; v. interpp. גלעד vid. 6, 8. גלגל vid. 9, 15. ″מזבחותם tot sunt altaria, quot sunt in agris tumuli, maximus est eorum numerus, adeo ardenter idola colunt, vt ardentius non possint.

13. 14. Reuertitur propheta ad Iacobi historiam, e qua nonnulla initio capitis protulerat, atque comparare instituit Iacobi seruitutem, et vmbraticam tunc temporis vitam, cum seruili conditione Israelitarum in Aegypto. Iacobum liberabat Deus ac felicem reddebat; Israelitas etiam. Vt appareret, quam singulari cura ac prouidentia Deus semper populum suum eiusque auctorem amplexatus sit, ideo huius rei Hoseas mentionem fecit.

14 וַיִּעֲבֹד יִשְׂרָאֵל בְּאִשָּׁה וּבְאִשָּׁה שָׁמָר׃ וּבְנָבִיא הֶעֱלָה
15 יְהוָה אֶת־יִשְׂרָאֵל מִמִּצְרָיִם וּבְנָבִיא נִשְׁמָר׃ הִכְעִיס
אֶפְרַיִם תַּמְרוּרִים וְדָמָיו עָלָיו יִטּוֹשׁ וְחֶרְפָּתוֹ יָשִׁיב
לוֹ אֲדֹנָיו׃

fecit, ideo seruitutem Iacobi cum seruitute populi comparauit, sed more suo breuiter strictimque seruitutem tantum Iacobi commemorauit, cum auditores, leuiter tantum historiam Iacobi percurrendo, facillime reliqua mente addere possent. ארם Mesopotamia. עבר explicatur per שמר custodiuit, scil. gregem Labani; supple צאן. Sic שמר occurrit quoque Gen. 31, 32. 1 Sam. 17, 20. בְּנָבִיא per Mosen. שמר *peculiarem curam habuit*, Ps. 16, 1. 17, 8. Eleganter hoc verbo vsus est poeta, cum paulo ante adhibuerit de pastore, gregem custodiente.

15. "הכעיס *irritant Iouam*, ad indignationem eum prouocant. תמרורים, subintell. ב, *in amaritudinibus*, vt vulgo vertitur, i. e. acerbe, vehementer. "ודמיו propr. *et relinquet sanguines eius super*, i. e. non curabit, negliget caedem, interitum ipsorum. Contraria sententia extat Ps. 72, 14. נטש curam alicuius abiicere; Ps. 27, 9. sed hoc idem verbum notat etiam *effundere*; potest ergo haec horum verborum versio dari: *poenam sanguinis in eos effundet*. Sic Arabs, Syr. et οἱ ο΄, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ᾽ αὐτὸν ἐκχυθήσεται. "וחרפתו *ignominiam*, iniuriam, *qua ipsum* (Deum) *affecerunt*, cultum illius deserendo, idola colendo, *rependet illis*, grauiter eos puniet, erunt contemti, et reliquis populis prouerbio. Mich. 6, 16. Ies. 37, 23.

CAP. XIII.

כְּדַבֵּר אֶפְרַיִם רְתֵת נָשָׂא הוּא בְּיִשְׂרָאֵל וַיֶּאְשַׁם 1
בַּבַּעַל וַיָּמֹת׃ וְעַתָּה ׀ יוֹסִפוּ לַחֲטֹא וַיַּעֲשׂוּ לָהֶם 2
מַסֵּכָה

Cap. XIII. accurate cum cap. XIV. cohaeret. Spectat prophetae oratio Ephraimitas, v. 1 — 8. v. 15. vniuersum populum 9 — 14. et Samariae incolas 14, 1. Posteaquam nimirum ostenderat Hoseas pristinum splendorem potentiamque Ephraimitarum prorsus periisse, atque caussam huius rei esse idolorum cultum, cui etiamnum, spreto neglectoque Deo, benefactore ipsorum vnico et summo, indulgerent; minatur iis interitum repentinum et ineuitabilem. Tunc orationem suam dirigit ad reliquas quoque Israelitarum tribus, earumque ciues, vtpote Ephraimitis et sentiendi et agendi modo plane simillimos, easdem cum illis calamitates subituros esse, docet. Annunciat denique, Samariam, regni caput, expugnatum, et ab hostibus crudelissime deuastatum iri. His ita dictis excitat populum ad vitae animique mutationem in melius, ita, vt eum, poenitentia tactum, deprecantem inducat, atque ad has populi preces ita nomine Dei respondeat, vt ei felicitatis pristinae restitutionem, auxilium, fauoremque diuinum polliceatur. — Habita autem videtur haec oratio, cum Pekahus, Israelitarum rex, ab Hosea interfectus esset, qua caede peracta, interregnum octo annorum, caedium rapinarumque plenum, erat; tum demum Hosea imperio potitus est, cf. 1. 10. 11. 14, 1. — 1. ″כדבר *cum loqueretur* nimirum in concionibus populi, cum de salute reipublicae sermo esset. Quaecunque enim quondam consilia capiebant Ephraimitae, ea rata habebant reliqui Israelitae. ″רתת *horror extulit sese inter Israelitas*, s. *horrorem attulit Israelitis*; habet enim נשא quoque notionem adferendi, vt tritum est Vulg. loquente Ephraim, horror inuasit Israel. Sententia nuda: magna olim erat Ephraimitarum auctoritas et potentia. הוא Ephraimitae. ″ויאשם *deliquit per Baal*, idolorum cultui se dederunt, v. not. ad 11, 2. וימת *et mortuus est*, i. e. auctoritatem, potentiam, splendorem pristinum amisit. Sic מות improprie quoque legitur

מַסֵּכָה מִכַּסְפָּם כִּתְבוּנָם עֲצַבִּים מַעֲשֵׂה חָרָשִׁים כֻּלֹּה
3 לָהֶם הֵם אֹמְרִים זֹבְחֵי אָדָם עֲגָלִים יִשָּׁקוּן׃ לָכֵן
יִהְיוּ כַּעֲנַן־בֹּקֶר וְכַטַּל מַשְׁכִּים הֹלֵךְ כְּמֹץ יְסֹעֵר מִגֹּרֶן
וּכְעָשָׁן

Cap. 13. v. 2. vulgo בִּתְבוּנָם

gitur Amos 2, 2. Eodem modo Graeci vſurpare ſolent verbum *τελευτᾶν*.

2. Quamquam a priſtino dignitatis gradu delapſi ſunt, tamen "ויוספו *pergunt peccare*, i. e. idola colere, vt ſeqq. docent. cf. 7, 9. "ויעשו *fecerunt ſibi ex argento ſimulacra*. Loc. parallel. 8. 4. Pro בתבונם cum codd. et edd. nonnullis, etiam Chald. כִּדְמוּתְהוֹן, Vulg. *quaſi ſimilitudinem idolorum*, et τοῖς ο', κατὰ εἰκόνα, legendum eſt, כתבונם *pro phantaſia ſua*, vt vertit *Dathius*. cf. Ieſ. 40, 18. 2. . . עצבים propr. dolores, vt Pſ. 16, 4. idola h. l. 4, 17. 1 Sam. 31, 9. "מעשה vid. 8, 6. "להם de his ipſi dicunt: qui ſacrificare vult, colat vitulos! זבחי אדם *ſacrificantes hominum*, i. e. quiſquis ſacrificare vult; ſimilis conſtructio Ieſ. 29, 19. vbi אביוני אדם ſimpliciter ſunt, pauperes. Vulg. (*immolate homines*,) et οἱ ο', (Θύσατε ἀνθρώπους,) legerunt זִבְחוּ. Caeterum נשק propr. quidem notat: *oſculatus eſt*, deinde omnino: *coluit*, *veneratus eſt*. Erat nimirum apud idolorum cultores inter alia etiam hoc in vſu, vt manum ori admouerent, eam oſcularentur, et ita idolum colerent; interdum et ipſum idolum oſculabantur, 1 Regg. 19, 18. Iob. 31, 26. עגלים *vituli*, omnino pro idolis quibuſcunque, vt et aliis in locis, cum idola eorumque cultus commemorantur, ſimul intelliguntur vituli, eorumque cultus.

3. Itaque quantocius inter gentes diſſipabuntur, peribit eorum reſpublica. Hanc notionem exornauit et expreſſit poeta tribus imaginibus, hac in re propriis et ſolennibus, quae etiam coniunctim leguntur Sapient. 5, 14. "כענן. vid. not. ad 6, 4. "כמץ *ſicut palea, quae turbine ab area abripitur*. Frumentum ſcilicet olim, inprimis apud populos Orientis, in montibus (v. Ieſ. 17, 13.) terebatur, vel in areis, quae ſub dio erant, ventilabatur, vento diſpergebatur. v. *Shaw* p. 124. *Björnſtåhls* Morgenl. Briefe, Br. 9. *Paulſen*

וּכְעָשָׁן מֵאֲרֻבָּה׃ וְאָנֹכִי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ מֵאֶרֶץ מִצְרָיִם 4
וֵאלֹהִים זוּלָתִי לֹא תֵדָע וּמוֹשִׁיעַ אַיִן בִּלְתִּי׃ אֲנִי 5
רְעִיתִיךָ בַּמִּדְבָּר בְּאֶרֶץ תַּלְאֻבוֹת׃ כְּמַרְעִיתָם וַיִּשְׂבָּעוּ 6
שָׂבְעוּ וַיָּרָם לִבָּם עַל־כֵּן שְׁכֵחוּנִי׃ וָאֱהִי לָהֶם 7
כְמוֹ־

C. 13. v. 5. vulgo יְדַעְתִּיךָ

Paulsen v. Ackerbau d. Morgenl. p. 123. etiam *Heyne* Obff. ad Tibull. 1, 5. 21. Virg. Georg. 3, 33. sq. *Quum grauiter tunsis gemit area frugibus et cum Surgentem ad Zephyrum paleae iactantur inanes.* "וכעשן *sicuti fumus e fumario.* vid. Pf. 37, 26. vbi legendum eft כעשן, monentibus *Dathio*, et *Koehlero* in Repertor. für bibl. etc. T. VI.

4. Vt eluceret grauitas peccati Ephraimitarum, commemorauit et h. l. vti alias fere femper, beneficia diuina, populo inde ab antiquiffimis temporibus exhibita. Locus parallel. 12, 10. 14. "ואלהים *praeter me non alium Deum colere debebas.* ידע h. l. colere, venerari, vt Graec. γινώσκειν. vid. 8, 2. "ומושיע ego folus fum tuae felicitatis auctor. Ief. 44, 8. 45, 21.

5. 6 ידעתיך curam tui habui. Sic ידע 7, 9. Similis locus Pf. 44, 3. fqq. οἱ ὁ' vertunt: ἐγὼ ἐποίμανόν σε ἐν ἐρήμῳ. Sic etiam Chald. et Syr. legerunt ergo, רְעִיתִיךָ *paui te;* atque haec lectio omnino praeferenda eft ob parallelifmum; cf. v. 6. vulgaris gloffema redolere videtur. "ארץ terra fiticulofa, periphrafis τῶ מדבר, idem quod ארץ ציה 2, 3. כמרעיתם *per pafcuum ipforum*, f. *paftu faturati funt.* οἱ ὁ', κατὰ τὰς νομὰς αὐτῶν, i. e. cum felix florenfque effet eorum conditio. Comparatur populus cum grege, vt faepe alias. Locus parallel. Deut. 32, 10 — 21. "על *ideo*, animo elato *mei obliti funt*, cultum meum neglexerunt, et idola coluerunt. 8, 14.

7. "כמו־שחל *ficut leo*, *ficut pardus.* Leones et pardi coniunctim commemorantur etiam Ier. 5, 6. Ief. 11, 6. Cant. 4, 8. etc. Ac de pardis quidem Plin. H. N. 10, 73. haec habet: „infidunt in eadem Africa pardi condenfa arborum, occultatique earum ramis, in praetereuntia defiliunt, atque e volucrum fede graf-

8 כְּמוֹ־שָׁחַל כְּנָמֵר עַל־דֶּרֶךְ אָשׁוּר׃ אֶפְגְּשֵׁם כְּדֹב
שַׁכּוּל וְאֶקְרַע סְגוֹר לִבָּם וְאֹכְלֵם שָׁם כְּלָבִיא חַיַּת
9 הַשָּׂדֶה תְּבַקְּעֵם׃ שִׁחֶתְךָ יִשְׂרָאֵל כִּי־בִי בְעֶזְרֶךָ׃

grassantur" v. etiam *Bochart.* Hieroz. P. I. L. 3. c. 7. p. 788. Aelian. H. A. 2. 23. Sensus imaginis: aperta vi, vt leo, et ex insidiis, vt pardus, vos agrediar, i. e. imagine omni abiecta: perdam Ephraimitas eorumque rempublicam, neque interitum aufugient. אשור a שור *obseruare, insidiari.* Interpretes antiqui omnes, (οἱ ό, κατὰ τὴν ὁδὸν Ἀσσυρίων. Vulg. *in via Assyriorum.*) excepto Chaldaeo, per אשור intelligunt Assyriam; male, cum hoc nomen scribatur אַשּׁוּר, neque etiam ex hac lectione commodus sensus elici possit.

8. פגש adorior, Prov. 17, 12. "כדב *sicut vrsus orbatus,* nempe catulis, ergo animo, maxime infenso. „Aiunt, qui de bestiarum scripsere naturis, inter omnes feras nihil esse vrsu saeuius, cum perdiderit catulos, vel indiguerit cibis: et non solum pantherae, pardi et vrsae ferociam comminatur, sed leonis quoque, et omnium bestiarum, quae gignuntur in saltibus." *Hieronymus.* סגור לבם *clausura cordis*, i. e. pectus, לבם simpliciter. שם *ibi*, nempe על דרך, quod e v. 7. repetendum. "חית *ferae agrestes eos discerpent.* Haec verba sunt quasi explicantis; comparauerat scilicet ante propheta Deum, vindicaturum Ephraimitarum impietatem improbitatemque, cum leone et vrso furente, qua quidem imagine poenarum diuinarum et certitudinem et acerbitatem depingere voluit; iam vero paulo mutauit imaginem, atque Deum hoc quidem facturum esse ostendit per hostes crudelissimos, qui h. l. vt et aliis permultis in locis v. c. Ps. 7, 3. 22, 13. 14. etc. per feras bestiasque illas intelliguntur.

9. 10. "שחתך *corruptio tua es Israel*, i. e. tu ipse es corruptionis, interitus tui auctor. οἱ ό, τῇ διαφθορᾷ σȣ. "כי *nam ego eram tuum auxilium,* abstractum pro concreto, felicitatis auctor, semper promtus paratusque ad augendam promouendamque felicitatem vestram, sed vos me meumque auxilium neglexistis, spreuistis. ב in בי redundat, vt

Arab.

10 אֱהִי מַלְכְּךָ אֵפוֹא וְיוֹשִׁיעֲךָ בְּכָל־עָרֶיךָ וְשֹׁפְטֶיךָ אֲשֶׁר
11 אָמַרְתָּ תְּנָה־לִּי מֶלֶךְ וְשָׂרִים׃ אֶתֶּן־לְךָ מֶלֶךְ בְּאַפִּי
12 וְאֶקַּח בְּעֶבְרָתִי׃ צָרוּר עֲוֹן אֶפְרָיִם צְפוּנָה חַטָּאתוֹ׃
13 חֶבְלֵי יוֹלֵדָה יָבֹאוּ לוֹ הוּא־בֵן לֹא חָכָם כִּי־עֵת לֹא־
יַעֲמֹד

Arab. بي. Syrus, qui vertit: *perdidi te, Israel quis auxiliabitur tibi?* [illegible] aliter legit, nempe שִׁחַתִּיךָ יִשְׂרָאֵל מִי יַעְזְרֶךָ, probantibus hanc lectionem *Michaele* et *Bauero*, etiam τοῖς ό, τίς βοηθήσει; 10. אהי per metathesin pro. אַיֵּה *vbi?* idem quod אפוא. vbi rex tuus? Sermo est de Pekaho interfecto. ויושיעך *qui te seruabat in omnibus tuis oppidis*; sarcastica oratio; fuerat enim Pekahi imperium admodum turbulentum et infelix. ושפטיך *et magistratus tui*, intelliguntur inprimis amici regis; idem quod שרים. vid ad 7, 7. Interfecto nimirum Pekaho, respublica Israelitarum maximis turbis miscebatur; trucidabantur magistratus, primores populi. אשר *quem, vt et regem, a me postulabatis*. Ita bene *Dathius* verborum sensum expressit. Sic respexisset propheta ea, quae leguntur 1 Sam. 8, 5. 6. Possunt tamen et aliter verba explicari, nempe; *quos tu constituisti, ostende mihi regem et magistratus tuos*. אמר enim in lingua Arab. notat: *imperare, praecipere*, et in Coniug. IV. *imperium alicui concedere*, atque נתן, vnde deducitur תנה, significat etiam: *manifestauit, ostendit*.

11. 12. *Dedi tibi regem iratus, et iratus eum abstuli*, h. e. monente *Grotio*, dedi iam saepius, id est, iratus peccatis vestris siui vos per seditiones et caedes mutare reges pro lubitu. 2 Regg. 15. Sed commode haec verba etiam de Pekaho intelligi possunt, et, si quid video, debent. Pekahus enim fuerat reipublicae pestis, et violenta morte e medio sublatus. 12. Certissime puniam Israelitarum crimina. Haec est notio simplex. Imago depromta est a rebus pretiosis, quae colliguntur, et diligenter asseruantur. צפן 1) abscondidit, 2) asseruauit. Ps. 31, 20.

13. חבלי *parturientis dolores corripuerunt* Israelitas. Dolores parturientis sunt solennis imago miseriae et calamitatis. cf. Ies. 13, 8. Ps. 18, 4. Matth. 24, 8. Apoc. 2, 24. Sic

14 יַעֲמֹד בְּמִשְׁבַּר בָּנִים׃ מִיַּד שְׁאוֹל אֶפְדֵּם מִמָּוֶת
אֶגְאָלֵם אֱהִי דְבָרֶיךָ מָוֶת אֱהִי קָטָבְךָ שְׁאוֹל נֹחַם יִסָּתֵר
מֵעֵינָי׃

Sic etiam Graeci vſurpare ſolent vocabulum *ὠδίν*. Matth. 24, 8. Act. 2, 24. Heſychius: *ὠδῖνες· πόνοι, ἀλγηδόνες*. cf. *Lennep* ad Coluth. R. P. p 59. ſq. "בן *eſt filius inſipiens.* Comparantur ergo in priori membro Iſraelitae cum puerpera; in poſteriori, cum partu, et eiuſmodi mutatio imaginum, in quibus aliqua tantum rei comparatae ſimilitudo ſpectatur, admodum frequens et ſolennis eſt ſcriptoribus Orientis. "כי *quamquam eſt tempus calamitoſum,* (quamquam acerbis doloribus laborat,) *tamen non ſtat in matrice.* Scil. עת eſt *tempus calamitoſum.* Ier 27, 7 Ezech. 30 3. לא־יעמד *non ſtat*, i e. non eſt, Deut. 10. 10. Ier. 18, 20. Eodem modo Lat. *ſtare* Virg. Aen. 2, 88. *dum ſtabat regno incolumis*, Palamedes ſcil. Etiam *adſtare* pro eſſe, Aen. 3, 123. "במשבר *in matrice filiorum*, i. e in matrice ſimpliciter, nolunt erumpere, a doloribus, calamitatibus ſe liberare, nolunt reſipiſcere. Alii aliter. vid. interpp. Similis locus 2 Regg. 19, 3. coll. Ieſ. 37, 3.

14. Potentia mea, quae quondam Iſraelitas a grauiſſimis calamitatibus liberauit, eadem nunc illos, plane perditos, perdet. מיד *e manu*, e poteſtate. מות et שאול ſunt h. l. imagines miſeriae, calamitatis atrocis. Pſ. 88, 6. 7 8. De *Scheol* cf *Lowth* de ſacra poeſi Hebr. Prael. 7. et quae nuper notauit Ven. *Ziegler.* in Verſ. vernac. Proverbb. Salom. Exc. I. "אהי *eram peſtis tua*, tibi exitio, idem quod מיד שאול אפדם, ſed exquiſitius. קטבך *pernicies tua*, idem quod דבריך. Nimirum קטב, vt Arab. قطب eſt propr. *cuſpis, ſagitta, ſtimulus.* (vnde *οἶστρος*, *κέντρον*.) vid. *Caſtelli* Lexic. Heptagl. p. 3321. Deinde vero adhibetur etiam de exitio morte, morbis, doloribus. v *Knapp.* ad Pſ. 91, 6. Itaque et h. l. קטבך eſt: *peſtis tua.* Etiam Graecis *dolores parturientis* vocantur *ſagittae Εἰλειθυίας*, Hom. Iliad λ', 270. et peſtilentiam exiſtimabant Apollinis ſagittis effici. Iliad. α', 48. vid *Köppen* Anmerkungen zum Homer. B. 1. p. 25. 31. "נחם *poenitentia abſcondita eſt ab oculis meis*, ſententiam non mutabo; humano more dictum, pro: certiſſime eos puniam.

מֵעֵינָֽי׃ כִּי הוּא בֵּין אַחִים יַפְרֶה יָבוֹא קָדִים רוּחַ 15
יְהוָה מִמִּדְבָּר עֹלֶה וְיֵבוֹשׁ מְקוֹרוֹ וְיֶחֱרַב מַעְיָנוֹ הוּא
יִשְׁסֶה אוֹצַר כָּל־כְּלִי חֶמְדָּה׃

CAP. XIV.

תֶּאְשַׁם שֹׁמְרוֹן כִּי מָרְתָה בֵּאלֹהֶיהָ בַּחֶרֶב יִפֹּלוּ 1
עֹלְלֵיהֶם יְרֻטָּשׁוּ וְהָרִיּוֹתָיו יְבֻקָּעוּ׃ שׁוּבָה יִשְׂרָאֵל עַד 2
יְהוָה אֱלֹהֶיךָ כִּי כָשַׁלְתָּ בַּעֲוֺנֶךָ׃ קְחוּ עִמָּכֶם דְּבָרִים 3
וְשׁוּבוּ אֶל־יְהוָה אִמְרוּ אֵלָיו כָּל־תִּשָּׂא עָוֺן וְקַח־טוֹב
וּנְשַׁלְּמָה

C. 13. v. 15. vulgo יַפְרִיא

15. הוא, repete אפרים e v. 12. Quod attinet verbum יַפְרִיא, sequor *Dathium*, qui deducit a פרה *fructuosus fuit*, vt adeo litera ה cum א permutata, atque legendum sit יַפְרֶה: *Ephraim inter populares suos floret.* Sic est allusio ad nomen אפרים, atque fauet quoque huic explicationi orationis series. cf. etiam v. 1. Alii vertunt: *est indomitae naturae*, tanquam formatum e substantiuo פֶּרֶא. vid. 8, 9. קדים. vid. notata ad 12, 2. Eurus saepe imago repentinae calamitatis. Ies. 4, 4. 27, 8. רוח יהוה *ventus vehemens.* "ויבוש *exsiccabit fontes eius.* Inopia aquae solennis imago miseriae. "ישסה *abripiet thesaurum elegantioris suppellectilis*, vt bene vertit *Dathius*, i. e. facultates, opes; continent haec vltima verba descriptionem vastationis hostilis.

Cap XIV. 1. 2. תאשם rea erit, s. demonstrabitur. i. e. poenam luet, vastabitur, vid. 10, 2. οἱ ο', ἀφανισθήσεται. "בחרב, accuratius vastatio illa depingitur. cf. ad 10, 14. עד pro אל. כשלת *corrues*, infelix eris. cf. 4, 5. בעונך propter improbitatem tuam.

3. "קחו *accipite vobiscum verba*, parete, obedite (Sic λαμβάνειν in N. T) *verbis meis*, i. e cohortationi meae. ו ante שובו est explicantis, *scilicet*, *nempe.* "כל *omnia peccata nobis condona*, remitte poenam, quam a nobis exigere posses. propter peccata nostra. נשא עון remittere peccatum. Gen. 50, 17. Ps. 25, 18. וקח־טוב *et in bonam partem*

4 וּנְשַׁלְּמָה פְרִי שְׂפָתֵינוּ׃ אַשּׁוּר ׀ לֹא יוֹשִׁיעֵנוּ עַל־סוּס
לֹא נִרְכָּב וְלֹא־נֹאמַר עוֹד אֱלֹהֵינוּ לְמַעֲשֵׂה יָדֵינוּ אֲשֶׁר־
5 בְּךָ יְרֻחַם יָתוֹם׃ אֶרְפָּא מְשׁוּבָתָם אֹהֲבֵם נְדָבָה
כִּי

C. 14. v. 3. vulgo פָּרִים

tem accipe, gratum acceptumque tibi ſit. טוב idem quod placet, gratum, iucundum eſt. Nehem. 2, 5. 6. אם על מלך טוב *ſi placet regi;* add. Pſ. 147, 1. ונשלמה *perſoluamus*, offeramus. Pſ. 50, 14. 116, 18. 22. פרים שפתינו *vitulos*, i. e. ſacrificia, *labiorum*, preces ad te mittamus. Vſus eſt verbo שלם de induſtria propheta, quoniam preces comparauit cum ſacrificiis. „Pro פָּרִים legendum eſſe פְּרִי, tum neceſſaria eius cum ſequenti voce coniunctio probat, tum teſtimonia antiquiorum interpretum. οἱ ό, καρπὸν χειλέων, aliis punctis ſubiectis legerunt פְּרִי. Idem illud Syrus legiſſe videtur, quanquam pluralem in ſua verſione adhibuit. Vulg. habet: *vitulos labiorum noſtrorum*, atque eandem lectionem Chaldaeus paraphraſi ſua expreſſit.“ *Dathius*.

4 Commemorantur duo flagitia, quibus inprimis Iſraelitae indulgere ſolebant, loco reliquorum omnium; nempe nimia fiducia in alios populos, neglecto Deo, et idolorum cultus. "לא *Aſſyrii nos non ſeruabunt*, pro: non implorabimus in poſterum Aſſyriorum auxilium, in Ioua tantum ſpem fiduciamque noſtram collocabimus "על *non equitabimus ſuper equo*, ſ. *non adſcendemus equum*, vt οἱ ό, οὐκ ἀναβησόμεθα, i. e. non in Aegyptiorum equitatu ſpem noſtram ponemus. Locus parallel. Ieſ. 31, 1. Fuiſſe autem in Aegypto magnam equorum abundantiam, patet e Deut. 17, 16. 1 Regg. 10, 29. 2 Paral. 12, 3. אשר, vel redundat, vt Pſ. 8, 2. vel idem eſt quod כי. vid. *Glaſſius* Phil. S. p. 534. יתום pupillus, item auxilio deſtitutus, infelix, vt h. l. et Pſ. 10, 14.

5. Iam reſpondet Deus ad populi preces. ארפא *ſanabo*, reſtituam iis felicitatem priſtinam. vid. not. ad 6, 1. משובה h. l. vulnus, vt Ier. 3, 22. ab Arab. סָב *ſecare*, v. *Boyſen* Beyträge etc. Th. 3. S. 502. Si retines vulgarem vocabuli ſignificationem, *auerſio*, *defectio*, משובה intelligi debet de damno et detrimento, quod e peccato

6 כִּי שָׁב אַפִּי מִמֶּנּוּ׃ אֶהְיֶה כַטַּל לְיִשְׂרָאֵל יִפְרַח
7 כַּשּׁוֹשַׁנָּה וְיַךְ שָׁרָשָׁיו כַּלְּבָנוֹן׃ יֵלְכוּ יֹנְקוֹתָיו וִיהִי
כַזַּיִת

peccato oritur, de poenis diuinis. At hoc paulo durius. נדבה *promte, lubenter*. Pf. 110, 3. "כי nam eos non amplius poena dignos censeo.

6. 7. אהיה כטל *ero ficut ros*. Raro in Orientis regionibus pluuia cadit, fed rores matutini et vespertini quam plurimum faciunt ad terrae fertilitatem; hinc ros, in carminibus, inprimis facris, folet esse felicitatis imago. Comparantur ergo h. l. Ifraelitae, calamitatibus oppressi, cum agro exficcato; decidit ros, et ager reuirefcit. Senfus igitur imaginis eft; Ifraelitas denuo felices reddam, reftituam eorum rempublicam. Similis locus Ief. 26, 19. יפרח כשושנה *florebunt vt lilium*. Exprimitur hac imagine reipublicae restitutae florens et laeta conditio. Liliorum plenae funt valles Palaeftinae, Cant. 2, 1. Plin. H. N. 13, 4. 21, 5. „Lilium rofae nobilitate proximum eft. Nec vlli florum excelfitas maior. Candor eius eximius, (*etiam hoc noftro loco refpicitur potiffimum eorum pulchritudo,*) foliis foris ftriatis, et ab anguftiis in latitudinem paulatim fe laxantibus effigie calathi, refupinis per ambitum labris, tenuique filo et femine, ftantibus in medio crocis.“ "ויך *radices agent vt Libanus*, firma erit ac ftabilis reipubl. Ifraelitarum reftitutae felix conditio. Plerique interpretum per *Libanum* intelligunt *arbores Libani*, quod non neceffarium videtur; cum et aliis in locis montes fint imago roboris et firmitatis. 7. כזית הודו *honor eorum ficut oliuae*. זית *oliua*, cuius perpetua viredo praedicatur. הודו honor oliuae, funt rami, frondes, poetice; Virg. Georg. 2, 404. *Frigidus et filuis aquilo decuffit honorem*. "וריח *et odor eius ficut Libani*, odor, quem exhalant cedri et herbae, etc. ibi florentes, vid. *Niebuhr* Reifebefchreib. Th. 2. S. 451. De *cedro*, Virg. Georg. 3, 414. *difce et* odoratam *ftabulis accendere* cedrum. *Cedrus* Libani autem, quae ex abietino genere eft, diuerfa eft a cedro Graeciae et Italiae. vid. *Heyne* ad Virg. Georg. 2, 443. ed. mai. Senfus h. l. imagine remota: Ifraelitae in honore erunt apud alias gentes. *Foetere*, *male olere* Hebraeis faepe idem quod contemtum effe Gen. 34, 30. Exod. 5, 21.

8 כַּזַּיִת הוֹדוֹ וְרֵיחַ לוֹ כַּלְּבָנוֹן׃ יָשֻׁבוּ וְיָשְׁבוּ בְצִלּוֹ יְחַיּוּ
9 דָגָן וְיִפְרְחוּ כַגֶּפֶן זִכְרוֹ כְּיֵין לְבָנוֹן׃ אֶפְרַיִם מַה־לִּי
עוֹד

C. 14. v. 8. vulgo יֹשְׁבֵי

8. Pro ישבי cum τοῖς ὀ', Syr. Arab et Chald. legendum est וְיָשְׁבוּ. Vulgatus tantum vertit: *conuertentur sedentes in vmbra eius.* Sed ישבו וישבו est: *rursus sedebunt*, s. commorabuntur. בצלו *sub vmbra eius.* Suffixum referunt nonnulli ad Iouam, vt prodeat sententia eadem, quae legitur Ps. 17, 8. 91, 1. Perperam. Proximum subiectum est *Libanus*, qui, vtpote tractus Palaestinae amoenissimus et fertilissimus, pro ipsa patria, ipsa Palaestina commemoratur. Itaque sensus: reduces securi patrias aedes habitabunt. Sed secura patriae possessio, vsitatissima est imago summae felicitatis Ps 37, 9. 11. Matth. 5, 5. יחיו דגן *reuirescent vt frumentum.* Granum moritur quasi in terra, sed mutatum emergit, et fert vberrimos fructus. Ioh. 12, 24. Numerosus erit populus; haec sententia verbis inest. Ante דגן subintelligendum כ. ויפרחו *germinabunt*, late se diffundent, vt vitis. זכרו vertunt: *odor eius*, vt Ies 66, 4. quae tamen interpretatio non placet, ob v. 7. vbi haec eadem imago iam obuia. Est potius *commemoratio*, *fama*, *gloria*. Ps. 6, 6. 97, 12. vid. not. ad 12, 6. Bene expressit sensum *Dathius*: vt vinum Libani omnium est generosissimum, sic populus Israeliticus omnium erit nobilissimus et celeberrimus —. De vino Libani adiicere placet, quae scripsit *Troilo*, a Stäudlinio ad h. l laudatus, in Orientalisch. Reisebeschreib. S. 69. „Es sind auch auf diesem Berge die allerköstlichsten Weinberge. darauf die herrlichsten Weine wachsen, deren auch die heilige Schrift gedenkt, dergleichen ich noch in keinem Lande getrunken, ob ich deren gleich ziemlich viel in 14 Iahren durchreist, und darinne manche gute Weine gekostet habe.“

9. Post אפרים Chald. et Syr. supplent, *dicet*, sine idonea ratione; non recordati sunt, pronomen לי saepe pleonastice adhiberi, vt 12, 9. etc. Pro עָנִיתִי, flagitantibus hoc oppositionis legibus, ad quas accedit auctoritas τῶν ὀ', et Syr legendum est עִנִּיתִי, ἐγὼ ἐταπείνωσα αὐτὸν, ego eum afflixi,

עוֹד לָעֲצַבִּים אֲנִי עִנִּיתִי וַאֲשׁוּרֶנּוּ אֲנִי כִּבְרוֹשׁ רַעֲנָן
מִמֶּנִּי פֶּרְיְךָ נִמְצָא׃ מִי חָכָם וְיָבֵן אֵלֶּה נָבוֹן וְיֵדָעֵם 10
כִּי־יְשָׁרִים דַּרְכֵי יְהוָה וְצַדִּקִים יֵלְכוּ בָם וּפֹשְׁעִים
יִכָּשְׁלוּ בָם׃

C. 14. v. 9. vulgo עָנִיתִי

afflixi. Alterum אני coniungendum cum ואשורנו *curabo eum ego.* vid. *Glass.* Phil. S. p. 148. שור obseruare, curare, felicitatem alterius promouere, vt h. l. "כברוש *sicut abies virens*, perpetuo florens, scil. eris, ei similis eris. "ממני *per me accipies tuos fructus*, ego te felicem, florentem reddo, non idola.

10. Sunt verba prophetae, lamentantis, esse admodum paucos Israelitarum, qui hisce cohortationibus obtemperare, et poenitentiam agere velint. "מי *quis sapiens? — quis prudens?* Synonyma. Habet autem haec interrogatio vim negandi. ו ante יבן et וידעם habet vim pronominis אשר. v. *Glassius* Phil. S. p. 605 דרכי יהוה *viae Iouae*, praecepta, leges diuinae. Ps. 25, 4. 37, 34. ישרים *rectae*, non curuae et obliquae, non spem fallunt, felices reddunt, qui eas obseruant. "וצדקים *probi*, *pii*, *hac via incedunt*, nempe feliciter, sine offensa, i. e. eas obseruant et felicitate ornantur. "ופשעים *improbi in iis offendunt*, improbi, quibus leges illae poenas diuinas minantur, sibi interitum perniciemque contrahunt.

VERSIO

VERSIO LATINA
ORACVLORVM
HOSEAE.

CAPVT I.

1. Haec ſunt mandata, quae Ioua dedit Hoſeae, Beeri filio, qui temporibus Vſiae, Iothami, Achaſi, Hiſkiae, Iudaeorum regum, et Ierobeami, Ioaſchi filii, regis Iſraelitarum, floruit. 2. Primo Ioua ei mandauit haec: agedum! in matrimonium duc feminam libidinoſam, liberos geniturus meretricios; nam populus hicce alienos deos colit. 3. Duxit ergo in matrimonium Hoſeas Gomeram, Diblaimi filiam, quae ei, grauida facta, peperit filium. 4. Tum Ioua: Ieſreelis nomen ei impone! nam breui puniam familiam Iehu, ob dira facinora, Ieſreele commiſſa, Iſraelitarumque regno finem faciam; 5. eodemque tempore vires Iſraelitarum minuam in valle Ieſreel. 6. Poſtquam deinceps, iterum grauida facta, filiam pepererat; Ioua, nomina eam, inquit, Lorychamam, etenim non porro Iſraelitarum miſerebor, ſed eos in captiuitatem abducendos curabo. 7. Iudaeorum autem miſerebor, ego eos ſeruabo, non vero arcu, gladio, bello, equis, equitibuſue. 8. Lorychama a lacte remota, mater, tertium grauida facta, filium peperit. 9. Hunc Deus vocari iuſſit Lo-ammi; vos enim, inquit, non eſtis populus meus, nec ego Deus veſter. 10. Attamen Iſraelitae aliquando arenam maris numero aequabunt, quam nec metiri nec numerare potes, et eo in loco, quo iis dictum eſt, vos non eſtis populus meus, filii Dei immortalis dicentur. 11. Iudaei et Iſraelitae coniunctim ſibi conſtituent vnum principem, et e regione illa redibunt. Profecto memorabile erit tem-

pus

pus illud, quo Ioua ſeminabit. 12. Acclamate fratribus veſtris: populus meus! ſororibuſque veſtris: miſericordia!

CAPVT II.

Reprehendite matrem veſtram! (non enim mea vxor eſt, nec ego illius maritus ſum,) amoueat fucum a facie, a pectore cingulum, 2. ne eam denudem, talemque ſiſtam, qualis die natiuitatis ſuae fuit, ne eam ſimilem reddam deſerto, terrae ſiticuloſae, et ſiti perimam. 3. Nec filiorum eius miſerebor, nam ſunt *matris filii,* ſpurii et ipſi libidinoſi. 4. Adulteria eorum mater, pudenda committit eorum genitrix. Dicit: ſequar amatores meos, qui mihi victum, aquam, veſtimenta lanea et lintea, vnguenta, potum ſuppeditant. 5. At ego ſepiam viam ipſius ſpinis, et macerie obducam, nec viam illam reperiet. 6. Amatores igitur ſuos perſequetur, ſed non aſſequetur; quaeret eos, nec tamen inueniet. Dicet tandem, redibo ad maritum meum priorem, tunc enim mea ſors felicior erat, quam nunc. 7. Illa quidem non conſiderabat, quod ego ipſi concederem frumentum, vinum, oleum, atque multiplicarem argentum aurumque, quod in Baalis cultum impendebat. 8. Propterea rurſus eripiam ei ſuo tempore meum frumentum et vinum meum, auferam lanam linumque meum, ne ſuam nuditatem tegere poſſit. 9. Denudatam vero eam amatorum oculis exponam, neque quiſquam illam poteſtati meae eripiet. 10. Eripiam illi omnes, laetitiae deſtinatos dies, feſta, nouilunia, et ſolennitates cunctas. 11. Vaſtabo vites et ficus eius, quas amatorum mercedem nominat, in ſiluam illas permutabo, quas animalia conſumant. 12. Puniam eam propter Baalis feſta, in cuius honorem adoluit, annulis monilique ſeſe ornauit, et ſic ama-

amaſios ſuos ſecuta, mei oblita eſt, inquit Ioua. — —
13. Atqui eam lactabo, et in deſertum abductam con-
ſolabor; 14. tunc ego quidem illi vineas reddam, et
vallem Achor, ianuam ſpei. Alternis vicibus canet,
ſicuti fecit in iuuentute ſua, cum ex Aegypto egreſſa
eſſet. 14. Illo tempore, inquit Ioua, me maritum
ſuum vocabit, non amplius Baalem. 15. Auferam
Baalum nomina ex ore eius, nec amplius illorum re-
cordabitur. 16. Tunc in eorum commodum foedus
faciam cum feris, auibus, et reptilibus; amouebo e
regione arcum, gladium, bellum, eoſque in tuto col-
locabo. 17. Te mihi deſponſabo in perpetuum; ac
mihi quidem te deſponſabo, benignitate, iuſtitia, bene-
volentia, clementia. 18. Deſponſabo te mihi promiſ-
ſa ſeruando, tu vero Iouam coles. 19. Illo tempore
exaudiam, inquit Ioua, exaudiam equidem coelum,
coelum vero exaudiet terram. 20. Et terra exaudiet
frumentum, vinum, oleum, et iſta vos Iſraelitas ex-
audient. 21. Inſeram te huic terrae, miſerebor non
miſerandae, ac dicam ei, qui non populus meus
erat, tu es populus meus, et hic me Deum ſuum no-
minabit.

CAPVT III.

1. Ioua mihi mandauit haec: age! ama puellam,
quae amabit alios, et adulteria committet; ſic enim
amat Ioua Iſraelitas, ſed hi alienos deos ſequuntur, et
placentas, ex vuis confectas, vehementer amant. 2. Ita-
que ego mihi eam comparaui quindecim nummis ar-
genteis, et vno ac dimidio chomero hordei. 3. Dixi
autem ei: per longum tempus hac lege apud me ma-
neto, vt neque adulterium committas, neque rem ha-
beas cum viro, nec ego tecum. 4. Per longum enim

tempus, Iſraelitae ſine rege, ſine magiſtratu, ſine ſacrificiis, ſtatuis, ſacerdote, et Teraphim erunt. 5. Tum vero rurſus deſiderabunt Iouam, Deum ſuum, et Dauidem regem, venerabuntur Iouam, ſalutis ſuae auctorem, vltimis temporibus.

CAPVT IV.

1. Audite mandatum Iouae o Iſraelitae. Puniet Ioua huius regionis incolas, quod neque fides, neque probitas, neque pietas in Deum iis in pretio eſt. 2. Peierant, mentiuntur, homicidia, furta, adulteria committunt, omne ius et fas violant, ac caedes excipit caedem. 3. Patria lugebit, lugebunt ciues, cum beſtiis et auibus, piſces peribunt. 4. Neque quiſquam alterum reprehendit, populus enim tuus ſimilis eſt iis, qui cum ſacerdote litigant. 5. Corrues ergo, et vna tecum corruet propheta, matrem tuam exſcindam. 6. Delebitur improbus populus meus; quoniam vos ſacerdotes cultum meum ſpreuiſtis, ſpernam et ego quoque vos, quo minus vlterius ſacerdotali munere defungamini; vos praeceptorum meorum obliti eſtis, ego quoque veſtrorum liberorum obliuiſcar. 7. Quanto maiori auctoritate pollebant, tanto grauius peccabant; in ignominiam ergo eorum auctoritatem conuertam. 8. Peccata populi mei victum iis ſuppeditant; vt peccet, auide cupiunt. 9. Propterea eandem cum populo fortunam ſacerdos ſubibit, animaduertam in eius viuendi conſuetudinem, rependam ei facinora ſua. 10. Comedent nec ſaturabuntur, ſcortabuntur et deerit proles, etenim cultum Iouae negligunt. — — 11. Scortatio, vinum, et muſtum corruperunt mentem populi mei. 12. Lignum ſuum conſulit, a baculo ſuo ſibi oracula expetit, adeo idolorum cultus ſtudium

dium eum decepit, vt neglecto Deo suo, alienos deos colat. 13. In verticibus montium immolant, atque in collibus suffitum offerunt, sub quercu, storace, et terebintho, quoniam egregiam vmbram praebent. Ideo scortantur filiae vestrae, nurusque vestrae adulteria committunt. 14. Nonne puniam filias vestras, cum scortentur? nonne nurus vestras, cum adulteria committant? — —, sed ipsi (patres et mariti) cum meretricibus secedunt, et cum prostibulis sacrificiis intersunt; ergo insipiens populus delebitur. 15. Si vos Israelitae scortamini, ne peccent Iudaei! aut Gilgalam ne abeatis, neque Bethauen, aut neque Iouam profiteamini! 16. Vaccae refractariae quam simillimi sunt Israelitae, pascet eos Ioua, agnorum instar, per campos late patentes. 17. Arctissimo vinculo Ephraimitae cum idolis sunt copulati, sit ita! 18. Vino remoto, scortantur, amant probrosam vmbram. 19. Alis suis eos ventus comprehendet, tunc vero eos sacrificiorum suorum pudebit.

CAPVT V.

1. Audite hoc sacerdotes, percipite Israelitae, et attende domus regia! vobis poenae diuinae annunciandae sunt. Etenim vos estis laqueus Mizpae, ac rete expansum in Tabore. 2. Vos peccata longe grauissima committitis; ego puniam. 3. Penitus perspicio Ephraimi indolem, nec me Israel latet, scortatur Ephraim, polluit sese Israel. 4. Viuendi peruersa eorundem ratio non permittit, vt ad Deum suum redeant, scilicet scortandi libido animos eorum occupauit, ideo Iouae cultum adspernantur. 5. Condemnat Israelitas ipsa eorum improbitas; peribunt Israelitae et Ephraimitae propter peccata sua, vna cum iis interi-

interibunt Iudaei. 6. Tunc quidem cum ouibus et bobus accedent, imploraturi auxilium Iouae. Incassum. Ab iis recessit. 7. Perfide egerunt in Iouam, filios procrearunt spurios. Inexspectata calamitas et ipsos et patriam perdet. — — 8. Clangite Gibeae buccina! Ramae tuba! triumphum canite Bethauen! vos Beniaminitas persequitur hostis. 9. Ephraim tempore calamitoso in desertum mutabitur; profecto haec, quae Israeliticis tribubus annunciaui, euenient. 10. Iudaeorum principes sunt similes iis, qui terminum mouent, instar aquae poenam in eos effundam. 11. Opprimetur Ephraim, diuinisque poenis conquassabitur, quoniam tanta cum voluptate alienos deos colit. 12. Tinea Ephraimitis, putredo Iudaeis ero. 13. Persentiscebat Ephraim vulnus suum, et Iuda vlcus suum, abibat ergo Ephraim ad Assyriae regem, Iuda mittebat ad regem vltorem; at ille vos non poterit sanare, nec vulneri vestro mederi. 14. Etenim ego vt leo Ephraimitis, vt leo iuuenis Iudaeis ero, ego, ego discerpam, abibo, auferam, neque quisquam eripiet. 15. Reuertar in domicilium meum, vsque se reos agnouerint, meumque auxilium implorauerint. Tempore calamitoso me studiose quaerent.

CAPVT VI.

1. *Dicent:* Agite! reuertamur ad Iouam. Hic nos vulnerauit; idem et nos sanabit, percussit; idem et vulnus nostrum obligabit. 2. Breui vitam nobis restituet, breui suscitabit nos, et sub tutela eius delitescemus. 3. Diligenter ac studiose colamus Iouam, aurorae instar procedet, veniet vt pluuia, vt pluuia serotina, irrigans terram. — — 4. Quid faciam tibi Ephraim? quid Iuda tibi? nam vestra vitae in melius mutatio est

nubi

nubi matutinae similis, rori, celerrime euanescenti. 5. Minatus sum per prophetas, voluntatis meae interpretes, grauissimas poenas, vt sol, sic mea iudicia erumpent. 6 Probitatem enim victimis, pietatem sacrificiis praefero. 7. At illi leges meas tanquam hominis leges violarunt, in hacce terra perfide erga me egerunt. 8. Gileaditidem quod attinet, oppida huius regionis idolorum cultoribus sunt repleta, caedibus notata. 9. Sacerdotum collegium, vt latronum turma, insidiatur, latrocinatur in via versus Sichemum; sane nefanda committit. 10. Inter Israelitas turpissima scelera video, Ephraimitae scortantur; Israelitae sese polluunt. 11. Tibi quoque Iuda malorum messis parata est.

CAPVT VII.

1. Cum a miseria liberare vellem populum meum, cum sanare vellem Israelitas, prodidit sese Ephraimitarum impietas, Samariaeque improbitas. Mentiuntur, domi fur serpit, foras grassatur latro. 2. Neque cogitant, memoria me tenere ipsorum peccata, quum tamen eos facinora sua cingant, mihique ob oculos versentur. 3. Improbitate sua delectant tyrannum, perfidia sua ipsius amicos. 4. Omnes rebellandi libidine flagrant, quae quidem adeo vehemens est, vt ardor furni, cum quieti sese pistor dedit, postquam depsuit massam, eamque fermentauit. 5. Die regis nostri vino incalescunt principes, et ille irrisoribus porrigit manum. 6. Ardet enim eorum animus vt furnus, per noctem cohibent iram, mane vt flamma erumpit. 7. Omnes ardent, vt furnus, interficiunt magistratus suos, reges eorum pereunt, me vero ne-

mo veneratur. 8. Dissipabitur inter gentes Ephraim,
similis est placentae, non versae. 9. Peregrini opes
eius consumunt, nec curat; canities ei iam sparsa est,
nec intelligit. 10. Condemnat Israelitas ipsa eorum
improbitas, nec tamen ad Iouam, Deum suum, redeunt,
eiusque auxilium implorant. 11. Similis est Ephraim
columbae, quae facile decipi potest, stolidae, Aegy-
ptios vocat, Assyrios arcessit. 12. Dum abit, rete su-
per eum expandam, eumque, vt auem deiiciam, pu-
niam eum, sicut audiuit in coetibus suis. 13. Vaeh
illis! discesserunt a me; vastatio illis! nam perfide er-
ga me egerunt; seruarem eos, sed mihi mentiuntur.
14. Non ex animo auxilium meum implorant, quam-
quam in conuentibus suis lamentantur, propter fru-
mentum et mustum sese dilaniant. 15 A me rece-
dunt; si eos calamitatibus afficio; victoriam si iis con-
cedo, perfidia me remunerantur. 16. Non agunt poe-
nitentiam perfectam, sunt sicut arcus remissus. Gladio
peribunt magistratus eorum propter linguae suae per-
fidiam, et Aegyptii propterea eos deridebunt.

CAPVT VIII.

1. Ori buccinam *admouete!* vt aquila in Iouae fa-
miliam (hostis) impetum facit! quoniam praecepta mea
neglexit, a legibus meis defecit. 2. Ad me clama-
bunt: o Deus! nos te colimus. 3. Reiecerunt Israe-
litae felicitatem suam, propterea eos hostis expellet.
4. Reges sibi crearunt, me minime eos probante, prin-
cipes sibi constituerunt, qui mihi displicent. Ex auro
argentoue sibi simulacra composuerunt, ergo delebun-
tur. 5. Vitulum tuum, o Samaria, detestor! ira mea in
vos exarsit! (quousque non ad meliorem frugem redi-
bunt?)

bunt?) 6. Est Israelitarum inuentum, artificis opus, non Deus. Propterea in fragmina scindetur Samariae vitulus. 7. Quoniam ventum seminant, tempestatem etiam metent. Seges non accipiet germen, nec farinam proferet, aut si protulerit, hostes eam consument. 8. Consumetur Israel; tunc inter gentes erit tanquam vas, quod nemo facile curat. 9. Conuertunt se ad Assyrios, similes sunt Ephraimitae equo hemiono, seorsim viuenti, munera dant amatoribus. 10. Etsi vero sibi fauorem gentium comparare student, has tamen contra eos congregabo, liberabuntque eos paululum a regibus et principibus, qui iis tanto oneri sunt 11. Quoniam Ephraimitae sibi altaria ad peccandum auxerunt; haec ipsa iis perniciei erunt. 12. Multas iis leges tuli, pro peregrinis legibus eas habuerunt. 13. Quod attinet sacrificia eorum, dona mea, offerunt quidem, sed carnem ipsi comedunt, Ioua iis neutiquam delectatur. Improbitatis eorum memor, peccata eorum puniam, in Aegyptum redibunt. 14. Obliuiscitur Israel creatoris sui, exstruit sibi castella, et Iuda auget numerum oppidorum munitorum. Propterea incendio cremanda curabo et oppida et castella.

CAPUT IX.

1. Nolite laetari, Israelitae, nolite pompas solennes agere, more aliarum gentium; nam a Ioua defecistis, et laetamini de mercede meretricia in areis. 2. Area et torcular non pascet eos, mustum eos fallet. 3. Non secure amplius terram Iouae sacratam inhabitabunt Ephraimitae; in Aegyptum redibunt, in Assyria cibis illicitis vescentur. 4. Tunc non offerre poterunt Iouae libamina vini, nec vero etiam ei placerent;

ſacrificia eorum perinde ac epulae funebres forent, conuiua quilibet polluitur. Cibis ſuis ipſi tantum veſcentur, nihil ad templum Iouae deferri poterit. 5. Ecquid facietis diebus conuentus ſolennis, reliquiſque feſtis diebus? 6. Vaſtationem effugere ſtudebunt, Aegyptus colliget, Memphis ſepeliet eos, aedificia eorum, magnis ſumtibus exſtructa, vrtica vrens occupabit, ſpinae creſcent in eorum palatiis. 7. Accedunt dies poenae, veniunt dies vindictae, cognoſcent Iſraelitae, dementem fuiſſe prophetam, fatuum inſpiratum. Poenarum atrocitas, calamitatumque acerbitas hoc vos docebit. 8. Ephraimitae Deo meo neglecto alia oracula conſulunt, prophetae eorum in omni re ſunt ſimiles laqueo aucupis, vinculo ſimiles in templo idoli. 9. Plane perditi ſunt, vt tempore Gibeae; at Ioua bene memor erit eorum improbitatis, ita, vt puniat eorum facinora praua. — — 10. Sicuti vuas in deſerto Iſraelitas reperi, ſicut ficus praecocis, patrum veſtrorum curam habui. At illi ad Baal-Peorem diſceſſerunt, dicarunt ſeſe ignominiae, et aeque facti ſunt mihi deteſtabiles, ac id, (idolum) quod colebant. 11. Quod Ephraimitas attinet, vt auis eorum gloria auolabit, nec iis partus, nec vterus, nec conceptus erit. 12. Et ſi forte educarent liberos, his quoque eos priuabo. Vaeh iis! vbi ab iis diſceſſero. 13. Quodſi Ephraimitarum rempublicam inſpicio, reperio eandem Tyro ſimilem, in loco admodum amoeno ſitae. Producere debebit filios ſuos *hoſtibus* interficiendos. 14. Da iis Ioua! — quid? — vuluam ſterilem, et arentia vbera. 15. Summam improbitatem Gilgale exercent, ibi ſunt mihi deteſtabiles, ob dira ipſorum facinora e familia mea eos expellam, non amplius eorum curam habebo; omnes eorum principes ſunt homines perfidi. 16. Percutientur Ephraimitae, eorumque radix exareſcit,

refcit, nec fructum proferet. Quodfi liberos procrea-
rent, haec eorum defideria necabo. 17. Adfpernabi-
tur eos Deus meus; quoniam ei obedire renuunt, exu-
les vagi inter populos errabunt.

C A P V T X.

1. Vitis frondofa erat Ifrael, vberrimos fructus
proferebat. Quo plures vero fructus proferret, eo
plures exftruebat aras; quoue praeftantior effet fertili-
tas terrae, eo elegantius exornauit fimulacra. 2. Ani-
mi eorum funt fraudum pleni, fed certiffime poenas
luent. Ioua eorum aras euertet, fimulacra diruet.
3. Iam quidem dicunt: nonne rex nobis eft, quam-
quam non colimus Iouam? et rex ille, — quid hic ad
nos? 4. Verba dant, peierant, dum iungunt foedera;
fuccrefcet ergo iis poena, vt in agris herba venenata.
5. Propter vitulum Bethauen trepidabunt Samariae in-
colae; fane lugebunt cultores illius et vna cum iis fa-
crificuli, propter decus fuum abductum. 6. Deporta-
bitur quoque in Affyriam munus regi vindici. Eru-
befcent Ephraimitae, pudebit Ifraelitas confilii fui.
7. Auferetur Samaria cum rege fuo, vt ligni fragmen
vi vndarum aufertur. 8. Tunc diruentur loca excelfa,
impietati dicata, obiectum peccati Ifraelitarum. Spina
ac tribulus in aris eorum crefcent. Tum vero monti-
bus acclamabunt: tegite nos! collibus: cadite in nos!
— — 9. Multo grauius vos Ifraelitae peccaftis, quam
quondam Gibeitae; tunc temporis maiores veftri ftatio-
nem obtinuerunt, nec eos oppreffit improborum Gi-
beitarum calamitas. 10. Sic volo! caftigabo vos, et
populos contra vos congregabo, inque captiuitatem ab-
ducendos curabo, propter grauiffima veftra peccata.

11. Ephraim ſimilis eſt vitulo, qui libenter triturat;
imponam vero collo eius iugum; tanquam equo illo
vehar. Iuda arabit, occabit Iacob. 12. Seminate vo-
bis probitatem, et probitatis veſtrae fructus metetis.
De nouo proſcindite vobis nouale, tempus eſt, vt ad
Iouam reuertamini, vt veniat, et ſua in vos beneficia
rurſus conferat. 13. Seminaſtis huc vſque improbita-
tem, improbitatiſque fructus meſſuiſtis, comediſtis
mendacii fructus. 14. Quoniam confiditis curribus
veſtris bellicis, et multitudini militum veſtrorum: orie-
tur in populo tuo clamor bellicus, vaſtabuntur omnia
tua oppida munita, prouti vaſtauit Schalman Betharbe-
lem in bello illo, vbi mater cum liberis collidebatur.
15. Haec efficient Bethel, et ſumma improbitas veſtra.
Primo diluculo rex Iſraelitarum delebitur.

CAPVT XI.

1. Cum puer eſſet Ephraim, amore eum proſecu-
tus ſum, et ex Aegypto euocaui filium meum. 2. Vo-
cati ſunt, ſed diſceſſerunt a me, Baali ſacra fecerunt,
et idolis adoluerunt. 3. Ego Ephraimi pedes direxi,
brachiis ſuis eos prehendi, ſed illi non agnouerunt, me
ſaluti ipſorum conſulere. 4. Funibus humanis attraxi
eos, vinculis laxis, leuaui iugum, ceruici eorum impo-
ſitum, cibumque iis porrexi. 5. Nonne redibunt in
Aegyptum? Aſſyriae rex iis imperabit, quoniam ad
me reuerti noluerunt. 6. Tunc graſſabitur enſis in
eorum oppidis, conſumet eorum principes, fructus ina-
nium ſuorum conſiliorum percipient. 7. Nam popu-
lus meus in impietate ſua perſeuerat, ad Iouae cultum
excitatur, nemo vero eum colit. 8. Quid tibi faciam
Ephraim? nonne te perniciei tradam? nonne te ſimi-
lem

lem reddam Adamae, destruam vt Zeboim? vertit se animus meus ad te, misericordia moueor. 9. Non indulgebo irae meae graui, non plane perdam Ephraimum, nam ego Deus sum, non homo; a te colendus, nec hospes apud vos. 10. Sequentur Iouam, quando leonis instar rugiet, festinanter accurrent e remotissimis regionibus filii. 11. Festinanter aduolabunt, vt auis, ex Aegypto, vt columba, ex Assyria. Reddam iis pristinas sedes suas, inquit Ioua.

CAPVT XII.

1. Ephraimitae me mendaciis cingunt, fraudibusque Israelitae; Iudaei quoque sunt animo inconstanti erga Deum sanctum et constantem. 2. Pascitur vento Ephraim, persequiturque Eurum, crescit quotidie perfidia eius, et propter illam pernicies; mox cum Assyriis foedus pangit, mox oleum in Aegyptum deportat. 3. Puniet Ioua Iudaeos, castigabit Iacobitas propter hanc viuendi rationem, facinora ipsorum ipsis rependet. 4. Fratris calcem in vtero matris tenuit, (Iacobus) deinde vero robore suo vicit Elohim. 5. Luctatus est cum angelo et victoriam reportauit; precibus nimirum eum fatigauit. Bethele eum inuenit ibique cum eo collocutus est. 6. Iouam, Deum omnipotentem, Iouam coluit. 7. Ergo et tu ad Deum tuum tutelarem reuertere, probitatem pietatemque exerce, et Deo tuo vnice confide. 8. Similis est (Ephraim) Cananitae, dolosas lances manu tenenti, aliosque opprimere cupienti. 9. Dicit Ephraim: profecto diues sum, diuitias mihi comparaui, labores meos nemo iniustos et iniquos appellare poterit. 10. Ego vero inde ab Aegypto Deus tuus tutelaris eram, concessi tibi hactenus,

ctenus, vt posses aedes tuas inhabitare, cum essent dies
festi. 11. Locutus sum per prophetas, multa oracula
edidi, et per prophetas quoque interitum minatus sum.
12. At nonne in Gileaditica regione vanitas, profecto
stultitia dominatur? nonne Gilgale boues immolantur,
tot etiam altaria deprehenduntur, quot sunt in agris
tumuli? 13. Iacobus in Mesopotamiam fugit, seruiit
pro vxore Israel, pro vxore gregem custodiuit. 14.
Ioua per prophetam Israelitas ex Aegypto eduxit, et
per eum peculiarem eorum curam habuit. 15. Atta-
men Ephraimitae Iouam ad iram prouocant. Itaque
negliget eorum interitum, iisque rependet, qua ipsum
affecerunt, ignominiam.

CAPVT XIII.

1. Quando olim Ephraimitae loquebantur, reliquis
Israelitarum tribubus timorem iniiciebant, peccarunt
vero in Baale, et pristinam dignitatem amiserunt.
2. Et nihilominus tamen peccare pergunt, composue-
runt sibi simulacrum fusum ex argento, idola ad phan-
tasiam suam, quae quidem omnia artificum opera sunt,
et de his ipsi dicunt; quisquis sacra facere vult, vene-
retur vitulos. 3. Ergo vt nubes matutina erunt, vt
ros, mature euanescens, vt palea, quae turbine ab area
abripitur, vt fumus e fumario. 4. Ego vero Deus
tuus tutelaris inde ab Aegypto eram, praeter me non
alium deum colere debebas, nam praeter me est nullus
servator. 5. Paui te in deserto, in terra siticulosa.
6. Illi autem cum pastu essent saturati, saturi animum
extulerunt, ideoque mei obliti sunt. 7. Itaque sicut
leo iis ero, vt pardus in via insidiabor iis. 8. Adoriar
eos, vt vrsus (catulis) orbatus, pectora eorum dilania-
bo,

bo, vt leo eos ibi deuorabo, beſtiae agreſtes eos diſcerpent. — — 9. Vos ipſi, Iſraelitae, interitus veſtri cauſſa eſtis, ego enim veſtram felicitatem promouebam. 10. Vbinam tandem rex veſter eſt? vbinam? qui oppida veſtra cuncta tuta ſeruabat? et magiſtratus veſtri? quos conſtituiſtis. Oſtendite mihi regem et magiſtratus veſtros. 11. Iratus vobis regem dedi, iratus eundem abſtuli. 12. Colligata ſunt Ephraimi facinora, peccata iis aſſeruantur. 13. Parturientis dolores corripient eum. Eſt filius ſtolidus; quamquam eſt tempus calamitoſum, tamen non eſt in matrice. 14. E mortis poteſtate (ſaepius) liberaui eos, orco eripui eos; eram peſtis tua o mors! pernicies tua o inferne! Iam vero neutiquam ſententiam meam mutabo. 15. Ille enim (Ephraim) floruit inter fratres ſuos, ſed Eurus veniet, vehemens ventus e deſerto adſcendet, exſiccabit fontes eius, omnes riuos arefaciet, diripietque omnes elegantioris ſupellectilis theſauros.

CAPVT XIV.

1. Poenam luet Samaria, nam in Deum ſuum perfida fuit, gladio cadent (ciues), infantes collidentur, praegnantes diſſecabuntur. 2. Reuertimini Iſraelitae ad Iouam, improbitas enim veſtra vobis exitium afferet. 3. Obedite verbis meis; reuerſi ad Iouam dicite: omnia peccata noſtra nobis condona! et in bonam partem accipias, quaeſumus, has, quas ad te mittimus, preces noſtras. 4. Non porro Aſſyriorum auxilium implorabimus, neque in (Aegyptiorum) equitatu ſpem noſtram reponemus, neque ſimulacra, fabrili arte facta, diuino honore proſequemur, tua enim benignitate recreas auxilio deſtitutum. — — 5. Ego vero ſanabo

vulnus

vulnus eorum, lubenter eos curabo, nam ira mea euanuit.
6. Sicut ros Israelitis ero, progerminabunt vt lilium, radices agent vt Libanus.
7. Diffundent sese eorum surculi, erit honor eorum oliuae similis, odor Libani.
8. Rursus sub vmbra eius commorabuntur, reuirescent vt frumentum, florebunt vt vitis, gloria eorum vini Libanitici gloriam aequiparabit.
9. Quid mihi in posterum Ephraim cum idolis commune habebit? equidem eum calamitatibus affeci, sed ego quoque curabo eum. Erit sicuti abies virens, fructus suos a me accipiet.
10. Quis sapiens, qui haec perpendat? prudens, qui haec consideret? Rectae sunt viae Iouae, probi iis incedunt, improbi contra in iisdem offendunt.

DE

DE

LOCIS HOSEAE

IN LIBRIS

NOVI TESTAMENTI

LAVDATIS

DISPVTATIVNCVLA.

INDEX.

INDEX.

לבט ל

INDEX.

צדק צ